

bit amor: vt possit respondere
 amor: in redibendo amore. Et
 cum tota se effuderit in amor:
 quantum est ad illud fontis per
 benne profluuium? Non pari
 vbertate concurrunt Amor: et
 amans. Anima ⁊ Deus: Crea
 tor: ⁊ creatura: tamen si ex toto
 se diligit: nihil deest vbi totum
 est. Non timeat anima que a
 mat: paueat que non amat. Ani
 ma amans fertur votis: trahi
 tur desiderijs: dissimulat meris
 ta: maiestati oculos claudit: ape
 rit voluptati: ponens se in salu
 tari: ⁊ fiducialiter agens in
 eo. Amore anima secedit: ⁊ ex
 cedit a corporeis sensibus: vt se
 se non sentiat que deum sentit.
 Hoc fit cuz mens ineffabili dei
 illecta dulcedine: quodammodo
 sese sibi furatur. imo raptur
 atq; elabit a seipsa: vt deo frua
 tur ad iucunditatem. Nihil tã
 iucundum: nisi esset tam modi
 cum. Amor dat familiaritatem
 dei. Familiaritas ausus: Ausus
 gustum: Gustus fames. Anima
 quã tangit amor dei: nihil aliud
 potest cogitare: nil desiderare:
 frequenter suspirat dicens. Si
 cut ceruus desiderat ad fontes

aquaruz: ita desiderat aia mea
 ad te deus meus.

¶ Quid fecit deus ppter ho
 minem. Cap. xxj.



Deus amo

re venit ad ho
 mines: venit in
 homines: factus

est hō. Amore deus inuisibilis
 seruis suis factus est similis.

Amore vulneratus ē ppter de
 licta nostra. Tuta ⁊ firma req
 es est infirmis ⁊ peccatoribus i
 vulneribus saluatoris. Secur⁹
 illic habito: patent mihi viscera
 per vulnera. Quicquid ex me
 mihi deest: vsurpo mihi ex vi
 scribis domini mei: qm̄ mise
 ricordia affluunt: nec desunt fo
 ramina per que affluant. Per
 foramina corporis patent mihi
 archana cordis. Patet magnū
 pietatis sacm̄. Patent viscera
 misericordie dei nostri: in quibus
 visitauit nos: oriēs ex alto. Vul
 nera a iesu xpi plena sunt miseri
 cordia: plena pietate: plena dul
 cedine ⁊ charitate. Foderūt ma
 nus eius ⁊ pedes eius: ⁊ latus
 eius lancea perforauerūt. Per
 has rimas licet mihi gustare q̄

suavis est dñs deus meus : qm̄
reuera suavis ⁊ mitis : ⁊ mul-
te misericordie est : oibus eum
inuocantibus in veritate: omni-
bus inquirentibus ⁊ maxime di-
ligentibus. Copiosa redemptio
data est nobis in vulnerib⁹ ie-
su xpi saluatoris nostri. Magna
multitudo dulcedinis: ple-
nitudo gratie: ⁊ perfectio vir-
tutum.

**De recordatione vulnerum
iesu christi domini nostri.**

Capitulum. xxij.

Um me ^{pul} ^{sat}

aliqua turpis cogi-
tatio: recurro advul-

nera xpi. Cum me premit caro
mea recordatione vulnerū do-
mini mei resurgo. Cum diabo-
lus mihi parat infidias: fugio
adviscera misericordie domini
mei: ⁊ recedit a me. Si ardo: li-
bidinis moueat membra mea:
recordatione vulnerum domi-
ni nostri filij dei extinguit. In
omnibus aduersitatibus nō in-
ueni tam efficax remedium q̄
vulnera xpi. In illis dormio se-
curus: ⁊ requiesco intrepidus.
Christus mortuus est p nobis.

Nil tam ad mortem amaruz:
quod morte xpi non sanct. To-
ta spes mea est in morte domi-
ni mei. Adors eius meritū me-
um: refugium incunus salus: vita
⁊ resurrectio mea. Aderium
meum miseratio domini. Non
sum meriti inops: q̄diu ille mi-
serationuz dominus non desue-
rit. Et si misericordie dñi mul-
te: multus ego sum in meritis.
Quanto ille potentior: ē ad sal-
uanduz: tanto ego suz securior.
Recordatio vulnerum xpi
est efficax remediuz contra om-
nes aduersitates. Cap. xxij.



Eccau

peccatum gran-
de ⁊ multo: um
sum mihi consci-
us delictorum: nec sic despero:
quonia; ubi abundauerunt de-
licta: superabundauit ⁊ gratia.
Qui de venia peccatorum suo-
rum desperat: negat deum esse
misericordem. Magna iniuria
deo facit: qui de eius misericor-
dia diffidit. Quantū in se ē ne-
gat deū habere charitatē: veri-
tatē ⁊ p̄tatem: in qb⁹ tota spes
mea p̄sistit. s. in charitate ado-

ptionis: in veritate pmissionis
et in potestate redemptionis.

Murmur et iam q̄stum volue
rit insipiens cogitatio mea dicens
Quis. n. es tu: et q̄sta est gloria
illa: quibusue meritis illas obti
nere sp̄as? Et ego fiducialiter
r̄ndebo. Scio cui credidi: q̄ in
charitate nimia adoptauit me i
filium: q̄ verax est in promissio
ne: potens in exhibitione: et licet
ei facere quod vult. Non pos
sum terreri multitudine pecca
torum: si mors oñi in mentē me
am venerit: qm̄ pct̄a mea illum
vincere nō possunt. Clavi et lā
cea clamāt mihi: q̄ de reconci
liatus sum xp̄o si eus amauero.
Loginus apuit mihi latus xp̄i
lancea: et ego intraui et ibi rege
sco securus. Qui timet: amet:
qm̄ charitas foras mittit timorē.
Nullum tam potēs est et taz
efficax contra ardorem libidi
nis medicamentū: q̄ mors red
emptoris mei. Extendit bra
chia sua in cruce: et expādīt ma
nus suas: paratus in amplexus
peccatorū. Inter brachia salua
toris mei: et viuere volo: et mor
ri cupio. Ibi securus decātabo
Exaltabo te dñe: qm̄ suscepisti

me: nec delectasti inimicos meos
sup me. Saluator n̄r caput i
dinavit in morte: vt oscula da
ret suis dilectis. Toties deum
osculamur quotiens in ei⁹ amo
re compungimur.

Cōceditatio anime ad amo
rem xp̄i. Cap. xxiiij.

Anima mea
infi
gnita dei imagine: re
dēpta xp̄i sanguine:
despōsata fide: dotata sp̄u: orna
ta virtutib⁹: deputata cū angelis
diligite illū a quo tm̄ dilecta es.
Incede illi q̄ itēdit tibi. Quere
qr̄ete te. Ama: Amato: ē tuū a
quo amaris: cui⁹ amore p̄ueta
es: q̄ ē cā amoris tui. Ipse ē me
ritū: ipse p̄miū: ipse fructus: ipse
vsus: ipse finis. Esto sollicita cū
sollicito: cū vacante vacās: cum
mūdo mūda: cū scō scā. Qualis
appueris deo: talis os vt appe
at tibi d̄s. Suavis et miis: et mul
te misericordie: suauis: mites: dul
ces: hūiles: et misericordes req̄
rit. Ama illū qui eduxit te de la
cu miserte: et de luto fecis. Elige
illū amicū tuū: p̄re oib⁹ amicis
tuis: q̄ cū oia subtracta fuerit so
lus tibi fidē suabit. In die septu
h iij

ture tue cum omnes amici tui recedent a te: ille te non derelinquet: sed tenebitur a rugientibus preparans ad escam: et conduce te per ignotam regionem: atque perducet ad plateas superne Hierosolymae: et ibi collocabit te cum angelis ante faciem maiestatis sue: ubi audies illud angelicum melos: sanctus sanctus sanctus etc. Ibi est canticum leticie: vox exultationis et salutis: gratiarum actio: et vox laudis: atque alleluia perpetuum. Ibi est cumulus felicitationis: super eminens gloria: super abundans leticia: et omnia bona. **O** anima mea suspirans ardentem desideras vehementer: ut possis peruenire in illam supernam civitatem de qua tam gloriosa dicta sunt: in qua sicut letantium omnium habitatio est. Amore potes ascendere. Amanti nihil est difficile: nihil impossibile. Anima que amat ascendit frequenter: et currit familiariter per plateas celestis Hierosolymae: visitando patriarchas et prophetas: salutando apostolos: admirando exercitus martyrum et confessorum: choroque virginum speculari. Celum et terra: et omnia que

in eis sunt: non cessant mihi dicere ut amem dominum deum meum.

Nihil potest anime sufficere preter summum bonum.

Capitulum.

xxv.



Quia hu-
manum in desi-
derio eternitatis
non fixum: nun-

quam stabile potest esse: sed omni volubilitate volubilius: de alio in alium transit: querens requiem ubi non est. In his autem caducis et transitorijs: in quibus eius affectus captivi tenentur: veram requiem inuenire non valet: quoniam tante est dignitatis: ut nullum bonum preter summum bonum ei sufficere possit. Tante enim libertatis ut in aliquod vicium cogi non possit. **P**ropterea unicuique propria voluntas est causa sue damnationis vel saluationis: et ideo nihil ditius bona voluntate: deo offertur. Bona voluntas deum ad nos deducit: et nos in eum dirigit. **P**er bonam voluntatem deum diligimus: deum eligimus: ad deum currimus: ad deum peruenimus: et eum poss-

fidemus. **S** bona voluntas per
quã ad dei similitudinem refor-
ma nur ⁊ ei similes efficiuntur.
Ita amabilis est deo bona volũ-
tas: vt ipse in corde habitare nõ
velit in quo bona voluntas non
fuerit. Bona voluntas: illi⁹ sum-
me maiestatis trinitatẽ ad se in-
dinat. Sapientia nãq; ad cogni-
tionem veritatis illam illuminat.
Charitas ad desiderium boni-
tatis inflamat. Paternitas i ca-
custodit: qđ creauit: ne pereat.

Quid sit cognitio veritatis.
Capitulum. xxvj.



Quid est

cognitio veritas:
primo cogno-
scere teipsum: et

quod debes: esse studeas: quod
autem corrigendus est: corrigas.
Deinde cognosce ⁊ a nare cre-
ator: enim tuum: hoc enim est totus
hominis bonum. Vide ergo qđ
ineffabilis est diuine charitatis
erga nos dilectio. De nihilo
nos creauit: ⁊ quicquid habemus
donauit. Sed quia plus dilexi-
mus datum qđ dator: em: creatu-
ra nãq; creator: em: cecidimus in

laqueum diaboli: ⁊ facti sumus
eius serui. De⁹ vero misericor-
dia motus misit filium suum: quo
redimeret seruos: misit etiã spi-
ritum sanctum: quo seruos ado-
paret in filios. Filium dedit in
precium redemptionis: spiritum
sanctum in prauilegium amoris:
se deniq; totum seruat heredita-
te; adoptionis. Ita deus vt pijs-
simus ⁊ misericors: dist. m⁹: pre de-
siderio vel amore hominis nõ
solum sua: verũ etiam ⁊ seipsum
impendit vt hominẽ recupera-
ret: non tam sibi qđ homini ipsi.
Et homines ex deo nascentur:
primo ex ipsis natus ẽ de⁹.
Quis est tam durus quam non
emoliat amor: dei sic hominem
preueniens: tanquã vehemens
amor: qđ homo: ppter homines
dignatus est fieri? Quis potest
odire hominem cuius naturas
⁊ similitudinem videt inhumana-
nitate dei? Reuera qui odit il-
lum: odit deum: ⁊ ita perdit quod
quid facit. Deus nãq; ppter ho-
minẽ factus ẽ homo: vt esset re-
demtor: qui est ⁊ creator: vt de
suo redimeretur homo: ⁊ vt sa-
militarius diligeretur ab homi-
ne: deus in similitudine hominis

nis apparens: et ut uterque sensus hominis in ipso beatificaretur et reficeretur: oculus cordis in eius diuinitate: et oculus corporis in eius humanitate: ut siue ingrediens siue egrediens: in ipso pasqua inueniret natura humana condita ab ipso.

Quid in nobis operetur missio spiritus sancti.

Capitulum.

xxvij.



Saluator

namque noster natus est nobis: crucifixus et mortuus est pro nobis: ut morte sua: mortem nostram destrueret. Et quod uotus carnis postatus fuerat ad torcular crucis: et expressione facta: fluere ceperat mustum diuinitatis: missus est spiritus sanctus: quo uasa cordium prepararentur: et uinum nouum in utres nouos poneretur: primum ut corda mundarentur ne infusum pollueretur: et postea ligarentur ne infusum amitteretur. Ad mundarentur gaudio iniquitatis: ligarentur contra gaudium uanitatis. Non enim quod bonum est uenire potuit: nisi prius recederet

quod malum est. Gaudium iniquitatis polluit: et gaudium uanitatis effudit. Gaudium iniquitatis reddit uas sordidum: et gaudium uanitatis facit rimosum.

Gaudium iniquitatis est: cum peccatum diligitur: et gaudium uanitatis est cum transitoria amantur. Ejce ergo quod malum est ut quod bonum est percipere possis. Effunde amaritudinem: ut dulcedie impleri possis. Spiritus sanctus gaudium est: et amor. Ejce spiritum diaboli: et spiritum mundi: ut accipias spiritum dei. Spiritus diaboli operatur gaudium iniquitatis: et spiritus mundi gaudium uanitatis. Et hec gaudia mala sunt: quoniam aliud habet culpam: aliud occasiones culpe. Veniet autem spiritus dei cum eieci fuerint spiritus mali et intrabit tabernaculum cordis: et operabitur gaudium bonum: et amor bonum: quo expellis amor mundi: et amor peccati. Amor mundi allicit et decipit. Amor peccati polluit: et ad mortes conducit. Amor dei: mentem illuminat: conscientiam mundat. Animum letificat: et deum demonstrat.

De operatione eius qui dili-
git deum. Cap. xxviii.

In quo amor dei est: semper cogitat quando ad deum perueniat: quando mundum derelinquat: quando carnis corruptionem euadat. Et veram pacem inueniat: semper habet cor suum et desiderium in superna eleuatum: quando sedet: quando ambulat: quando requiescit: vel quando aliquid agit: cor a deo non recedit. Omnes ad amorem dei exhortatur: omnibus amorem dei commendat: et quod dulcis sit dei amor: et quod malus: et quod amarus sit amor seculi: corde ore: et opere omnibus demonstrat. Despicit huius seculi gloriam: arguit sollicitudinem: et quod stultum sit in his que transeunt fiduciam habere ostendit. Adiuuat cecitates hominum qui hec diligunt. Adiuuatur etiam quod vniuersa ista transitoria et caduca: oes non derelinquunt. Quibus extimat dulce quod sibi sapit: omnibus placere quod diligit: omnibus quod esse manifestum quod cognoscit. Freque-

ter deum suum contempletur: et in eius contemplatione suaviter reficitur: tanto felicius quanto frequentius. Dulce est ei semper ad confidendum: quod ad amandum et laudandum semper est suauis.

De vera cordis requie.

Capitulum.

xxix.

Vera hec est vera cordis requies cum totus in amorem dei per desiderium figitur. Nec quicquam aliud appetit: sed in eo quod tenet felici quadam dulcedine delectatur: delectando iocundatur. Si vero vana aliquo cogitatione: vel rerum occupatione inde aliquantulum abstractum fuerit: summa cum festinatione illuc redire festinat: exilium reputans alibi quod ibi moram facere. Nam sicut nullum est momentum: quo homo non fruatur: vel vras pietate diuina: sic nullum deus esse momentum quo eius presentem non habeat in memoria. Recirco non breui crimine tenetur ascriptus quicquid in oratione cum deo loquitur: et subito abstractus ab eius prospectu quasi ab oculis non videtur nec audietur: hoc autem fit quoniam cogitationes suas malas et in-

portunas sequitur: et aliquā vis
liffunam creaturam ad quam
mentis intuitus facile distrahitur:
tur: ei praeferat illam videlicet in
cogitatione sepius reuoluendo
quod deum quem assidue debet re
colere creatorem: adorare re
demptorem: expectare saluato
rem: timere iudicem.

¶ Quicquid mentis aspectus
ab eo retrahit omnino fugien
dum est atque execrandum.

Capitulum. xxx.



Quisquis

amas mundum:
tibi prospice quo
sit eundem. Nec
via qua vadis
via pessima plenaque cladis. Fu
ge ergo o homo paululum occu
pationes tuas: et abscondere mo
dicum a tumultuosis cogitatio
nibus tuis. Abijce nunc onerosas
curas: postpone laboriosas
dissensiones: vaca aliquantulum
deo: et paululum requiesce in eo.
Intra in cubiculum mentis tue.
Exclde omnia praeter deum: et
que valent ad querendum eius:
et clauso ostio quere eum. **Dis**
cat nunc totum cor tuum deo.

Quero vultum tuum: vultum tu
um domine quero. **Eya** nunc er
go domine deus meus. **Tu** do
ce cor meum vbi et quomodo te
querat: vbi et quomodo te inue
niat. **Domine** si hic non es: vbi
te queram absentem? **Si** autem
vbiq; es: cur te non video praes
entem? **Sed** certe habitas lucem
inaccessibilem. **Sed** quomodo
accedam ad lucem inaccessiblei
lem? **Aut** quis me deducet: et in
ducet in illam vt videam te in il
la? **Deinde** quibus signis: qua
facie te queram? **¶** Nunquam te vi
di domine deus meus: nunquam
noui faciem tuam. **Quid** faciet
altissime domine: quod faciet iste
longinquus exul tuus? **Quid** fa
ciet seruus tuus: anxius amore
tui: et longe pietus a facie tua?
En anhelat videre te: et nimis il
li abest facies tua. **Accedere** ad
te desiderat: et inaccessibleis est
habitatio tua. **Inuenire** te cup
it: et nescit locum tuum. **Que**
rere te affectat: et ignorat vultum
tuum.

¶ Visio dei perdita est propter
peccatum: et miseria inuenta
est.

Capitulum. xxxj.



Domine de

us meus es tu: et dominus meus: et nunquam vidi te: tu me fecisti et refecisti et omnia bona tua mihi contulisti: et nondum vidi te: neque novi. Benignus ad te videndum factus sum: et nondum feci propter quod factus sum. **D** misera sortis hominis: cum hoc perdidit ad quod factus est. **D** durus ac durus casus ille. **D**eu quid perdidit: et quid inuenit? **Q**uid abscessit: et quid remansit? **P**erdidit beatitudinem ad quam factus est: et inuenit misericordiam ad quam factus non est. **A**bscessit sine quo nihil felix est: et remansit quod per se non nisi miserum est. **M**anducabat tunc homo panem angelorum: quem nunc esurit: manducet nunc panem dolorum: quem tunc nesciebat. **D** tu domine usquequo obliuisceris in finem: usquequo auertis faciem tuam a nobis? **Q**uando respicies et exaudies nos? **Q**uando illuminabis oculos nostros et ostendes nobis faciem tuam? **Q**uando restituas te nobis? **R**espice domi-

ne et exaudi et illumina nos: et ostende nobis te ipsum restitue te nobis: ut bene sit nobis: sine quo tam male est nobis. **I**nuita nos: adiuua nos obsecro domine. **A**maricatum est cor meum sua desolatione. **I**ndulcora illud tua consolatione. **O**bsecro domine. **E**surians cepi querere te: ne desinam impastus a te. **F**amelicus accessi: ne recedam impastus. **P**auper veni ad diuitem: miser ad misericordem: ne recedam vacuus et contemptus. **D**omine incuruatus sum: et non possum nisi deorum aspicere. **E**rige me ut possim sursum videre vel intendere. **I**niquitates mee supergressae sunt caput meum: obuoluerunt me: et sicut oculus graue grauant me. **E**uolue me et exonera me: ne urgeat super me puteus os suum. **D**oce me querere te: et ostende te querenti te: quia nec querere te possum nisi doceas tu: nec inuenire nisi te ostendas. **Q**ueram te desiderando: desiderem te querendo. **I**nueniam amando. **A**mam inueniendo.

De bonitate dei.

Capitulum.

xxxj.

Ateor^{do} ^{mi}ne & gratias ago quia creasti me ad hanc imaginem tuam: ut tui memor: te cogitem te amem.

Sed sic est aboleta corruptione viciozum: sic est obfuscata sumo peccatozum: ut non possit face re ad quod facta est: nisi tu res noues & reformes eam. **R**ogo domine qui das fidei intelle ctum: da mihi ut quantum scis expedire intelligam: quia es si cut credim⁹: & hoc es quod cre dimus: & quidem credimus te esse aliquid quo nihil mai⁹: aut melius cogitari possit. Quid er go es domine deus: quo vnum maius meliusq; nihil valet cogi tari: nisi id quod summum bonum omnium solū existens per seipsum: omnia alia fecit ex ni hilo? Quod ergo bonum de est summo bono: per quod om ne bonum? Tu es itaq; iustus: verax: beatus & quicquid aliud est melius esse q̄ non esse. **V**erum malis quomodo parcis: si es totus summe iustus? An q; bonitas tua est incomprehensi

bilis? Latet hoc in luce inaccessi bili quā inhabitas. **E**re in altissimo & secretissimo bonitatis tue profundo latet: fons vnde manat fluuius misericordie tue. **N**am cum totus & summe ius tus sis: tamen iccirco etiam ma lis benignus es: quia totus et summe bonus es. **A**dinus nā q; bonus esses: si nulli malo es ses benignus. **M**elior est enim qui & bonis simul & malis bonus est: q̄ qui bonis tm̄ bonus est. **E**t melior est qui malis & par cendo & puniendo bonus est: q̄ qui puniendo tantū. **I**deo ergo misericors es: quia totus et summe bonus es.

De delectabili fructu de dei
Capitulum. xxxij.



Quoniam

sa bonitas: que omnium intelle ctum excedis: ve niat super me misericordia illa: que de tanta opulencia procedit: influat in me que profluit de te. **P**arce per clementiam ne vlciscaris per iusticiam. **E**xcita te nunc anima mea: & erige totum intellectum tuum: & cogita quam

rum potes: quantum ⁊ quale sit illud bonum quod deus est. Si enim singula bona delectabilia sunt: cogita intente quomodo delectabile sit illud bonum: quod continet iocunditatem omnium bonorum: ⁊ non quale in rebus creatis sumus experti: sed tanto differentem quanto differt a creatura creator. Si enim est bona vita creata: quomodo bona est vita creatrix? Si iocunda est salus facta: quomodo iocunda est salus que fecit omnem salutem? Si amabilis est sapientia in cogitatione vel cognitione rerum cognitarum: quomodo amabilis est sapientia que omnia fecit ⁊ condidit ex nihilo? Denique si multe ⁊ magne sunt delectationes in rebus delectabilibus: qualis ⁊ quanta est delectatio in eo qui ipsa delectabilia fecit? Qui hoc bono fruetur quid illi erit? quid illi non erit? Certe quicquid voluerit illi erit: ⁊ quicquid noluerit non erit. Ibi quippe illi erunt bona anime ⁊ corporis: qualia nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec cor hominis cogitavit.

Summum bonum appeten-

dum est.

Capitulum.

xxxiiij.

Utr ergo

per multa vagaris homuncio querendo bona anime tue ⁊ cor-

poris tui? Ama vnum bonum in quo sunt omnia bona: ⁊ sufficit. Desidera simplex bonum quod est omne bonum: et satis est. Quid enim amas caro mea? quid desideras anima mea?

Ibi est quicquid amas: ibi est quicquid desideras. Si delectat pulchritudo fulgebunt iusti sicut sol. Si velocitas: aut fortitudo: aut libertas corporis: cui nihil obsistere poterit: erunt similes angelis dei: quia seminat corpus animale: surget corpus spirituale: potestate utique non natura. Si longa aut salubris vita: ibi erit sana eternitas ⁊ eterna sanitas: quia iusti in perpetuum viuent: ⁊ salus iustorum a domino. Si satietas: satiabuntur cum apparuerit gloria domini. Si ebrietas: inebriabuntur ab ubertate domini dei. Si melodia: ibi angeli percipiet sine fine deo. Si

qlibet nō imūda s̄ mūda volu-
 ptas: to: rēte voluptatis sue po-
 tabit eos dñs. Si sapiētia: ipsa
 dei sapiētia oñdet eis seipsas̄ sa-
 pientias̄. Si amicitia: diligēt de-
 um plusq̄ seipsos̄ ⁊ inuicē tāq̄
 seipsos̄: ⁊ deus illos: plusq̄ ille
 seipsos̄: q̄ illi illū: s̄: ⁊ inuicē p
 illū: ⁊ ille se: ⁊ illos: p seip̄. Si
 p̄cordia: oibus illis erit vna vo-
 luntas: q̄ nulla illis erit nisi dei
 sūma volūtas. Si pt̄as: oipotē-
 tes erūt sue volūtas: vt deus
 sue. Itaq̄ sicut deus poterit qd̄
 volet p seip̄: ita poterūt illi qd̄
 volēt p illū: q̄ sicut illi nō aliud
 volēt q̄ ille volēt: ita ille volēt
 q̄qd̄ illi volent: ⁊ qd̄ ille volēt
 nō poterit nō esse. Si hono: et
 diuitie: deus seruos suos bo-
 nos ⁊ fideles supra multa bona
 p̄stituit. imo filij dei ⁊ dñj voca-
 bunt: ⁊ erūt heredes quidē dei
 coheredes aut̄ xp̄i. Si vera se-
 curitas: certa ita certi erūt nū-
 q̄ vllaten⁹ illud bonū sibi desu-
 turum: sicut certi erūt se nō sua
 sp̄tē illud amissuros: nec dile-
 ctore deū illud dilectorib⁹ suis
 iuris ablatū: nec aliquid deo
 potētius: deum: ⁊ illos separa-
 tū. Gaudium s̄o quale quan-

tūc est: vbi tale ac tantum bo-
 num est.

¶ De mutua charitate sancto-
 rum in celis. Cap. xxxv.

Quibus hūma-

nus: eo: idigens: eo:
 expertus crūnas: et

miserias: imo ob: utū miseris:
 q̄stus gauderes si in his oibus
 abūdares. Interroga vltima i-
 tima tua si cape possent gaudiū
 de tāta b̄titudine sua. Sed cer-
 te si q̄s alius quē oino sicut te
 ip̄m amares: eādē b̄titudinem
 haberet: duplicaret gaudiū tu-
 um: q̄ nō minus gauderes pro
 eo q̄ p teip̄so. Si v̄o duo vel
 tres vel multo plures id p̄sum
 haberēt: tātūde p singulis: q̄
 tūde p teip̄so gauderes: si sin-
 gulos sicut teip̄m amares. Er-
 go qd̄ erit in illa p̄fecta charita-
 te innum̄erabiliū beatorū ange-
 loꝝ ⁊ hoīū: vbi nullus diligit
 aliū minus q̄ seip̄m: nō. n. ali-
 ter gaudebit vnusq̄sq̄ p singu-
 lis alijs q̄ pro seip̄o. Si ergo
 eo: hoīs de tanto bono suo vix
 gaudiū suum capiet: quomodo
 capax erit tot ⁊ tantorum gau-
 dio: um? Et vtiq̄ qm̄ quantum
 quisq̄

quisque diligit aliquem: tantum de bono eius gaudet: sicut in illa beata felicitate unusquisque sine comparatione plus amabit deum: quam se et omnes alios secum: ita plus gaudebit absque extenuatione de felicitate dei: quam de sua et omnium aliorum secum. Et si deum sic diligens toto corde: tota mente: tota anima: ut tamen totum cor: tota mens: tota anima non sufficiat dignitati dilectionis: per seculo sic gaudebunt toto corde: tota mente: tota anima: ut tamen totum cor: tota mens: tota anima non sufficiat plenitudini gaudij.

De pleno gaudio vite eterne. Capitulum. xxxvj.

DEUS meus et dominus meus: spes mea et gaudium meum: cor deus mei: dic anime mee: si hoc est gaudium de quo nobis per filium tuum dicitis. Petite et accipietis ut gaudium vestrum sit plenum. Invenit namque gaudi-

um quoddam plenum et plus quam plenum. Pleno quippe corde: plena mente: plena anima: pleno toto homine. Gaudio illo: adhuc supra modum supererit gaudium. Non ergo totum illud gaudium intrabit in gaudentes: sed toti gaudentes intrabunt in gaudium. Sic domine dic seruo tuo intus in corde meo: si hoc est gaudium in quod intrabunt serui tui: qui intrabunt in gaudium domini sui. Sed certe gaudium illud quod gaudebunt electi tui: nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit. Non dum ergo cogitavi aut dixi domine quantum gaudebunt electi tui. Et quis tantum gaudebunt quantum amabunt: tantum amabunt: quantum cognoscent domine. Et quantum te amabunt? Certe nec oculus vidit: nec auris audiuit: nec in hominis ascendit in hac vita: quantum te cognoscent et amabunt in illa vita. Oro te deus meus ut cognoscam te: amet te: ut gaudeam de te. Et si non possum in hac vita ad plenum: vel proficiam de die in diem usque dum veniat illud ad plenum.

Meditationes

Doficiat in me hec notitia tua
vt ibi fiat plena: crescat in me h
amor: tuus vt ibi fit plenus: vt
hoc gaudium meū sit in spe ma
gnū: & ibi in re plenum. **D**e
us verax peto vt accipiam qđ
promittis: vt gaudium meū sit
plenum. **A**deditur inde inte
rim mens mea. **L**oquatur inde
lingua mea. **A**met illud cor: me
um. **S**ermocinetur os meum.
Esuriat illud anima mea. **S**iti
at illud caro mea. **D**esideret ill
tud tota substantia mea: donec
intrem in gaudiū domini mei
ibi permansurus per secula.
Amen.

C Manualis de vërbo dei d
ni Augustini episcopi **H**yp
nensis. **F**inis.



Sancti Bernardi

Beati Bernardi abbatis ad
humane conditionis cognitio-
nez meditationes deuotissime.

Capitulum primum.

Alti

mula sci-
unt et se-
ipsoz ne-
sciunt.

Alios in-
spiciunt
et semet-
ipsoz de-

serunt. Deū querunt p̄ ista exte-
riora deferentes sua interiora:
quibus interior est deus. Itcir-
co ab exterioribus redeam ad
interiora: et ab interioribus ad
superiora ascendam ut possim
cognoscerē: vnde venio: aut quo
vado: quid sim: et vnde sim: et
ita per cognitionem mei valeo
am peruenire ad cognitionem
dei. Quanto namq; in cognitio-
ne mei proficio: tanto ad cogni-
tionem dei accedo s̄m interiorē
hominem: tria in mente mea in-
uenio: per que deum recolo cō-
spicio et concupisco. Sunt autē
hec tria: memoria: intelligentia:

voluntas siue amor: per memo-
riam reminisco: per intelligen-
tiam intueor: per voluntatē am-
plector. Cum dei reminisco: in
memoria mea inuenio eum: et
in ea de eo: et in eo dilector: s̄m
q̄ ipse mihi donare dignatur:
intelligentia intueor: quid sit de-
us in seipso: quid in angelis qd
in sanctis: quid in hominibus:
quid in creaturis. In seipso est
incomprehensibilis: quia princi-
pium sine principio: finis sine fi-
ne. Ex me intelligo q̄ incom-
prehensibilis sit deus: quando me
ipsum intelligere non possum
quem ipse fecit. In angelis est
desiderabilis: quia in eum desi-
derant perspicere: in sanctis ē
delectabilis: quia in eo felices
assidue letantur: in creaturis ē
admirabilis: quia omnia poten-
ter creat: sapienter gubernat:
benigne dispensat. In hoibus
est amabilis: q̄ eoz deus est: et
ipsi sunt populus eius. Ipse in
eis habitat tanq̄ in tēplo suo: et
ipsi sunt templū eius. Nō dedi-
gnat singulos: neq; vniuersos.
Quisq; ei⁹ meminit: cūq; intel-
ligit: ac diligit: cum illo est. Sili-
gere euz debemus: qm̄ ipse p̄o:

Meditationes

dilexit nos: et ad imaginem: et si
multitudine in suam nos fecit: quod
nulli alij creature donare volu-
it: ad imaginem dei facti sumus
hoc est ad intellectum: et notitia
filij: per que intelligimus: et co-
gnoscimus patrem et accessum
habemus ad eum. **T**anta co-
gnatio est inter nos: et dei filij:
quod ipse imago dei est: et nos
ad imaginem eius facti sumus.
Quam cognationem et ipsa si-
militudo testatur: quoniam non
solum ad imaginem: sed et ad si-
militudinem eius facti sumus.
Oportet itaque id: quod ad ima-
ginem est: cum imagine conue-
nire: et non in vacuum nomen
imaginis participare. **R**epre-
sentemus ergo imaginem eius
in nobis in appetitu pacis: in
intuitu veritatis: et in amore ca-
ritatis. **T**eneamus eum in me-
moria: portemus in conscientia
Et ubique presentem veneremur.
Abens siquidem nostra corpus
eius imago est: quo eius capax
est: eiusque particeps esse potest.
Non propterea eius imago est:
quod sui mens meminit: sed quod intel-
ligit: ac diligit: sed quod potest memi-
nisse: intelligere: ac diligere eum:

a quo facta est: quod cum facit
sapiens ipsa fit. **N**ihil enim tam si-
mle est illi summe sapientie quam
mens rationalis: que per memo-
riam: intelligentiam: ac volun-
tatem in illa: trinitate ineffabili
consistit. **C**onsistere autem in illa
non potest nisi eius meminerit:
eaque intelligat: ac diligat. **A**de-
minerit itaque dei sui: ad cuius
imaginem facta est: cumque intelli-
gat: diligat atque colat: cum quo
semper potest esse beata. **B**ea-
ta anima apud quam deus reges
invenit: in cuius tabernaculo re-
quiescit. **B**eata que dicere po-
test. **E**t qui creavit me requiescit
in tabernaculo meo: negare si-
quidem requiem celi ei non po-
terit. **C**ur ergo nos ipsos dese-
rimus: et in his exterioribus de-
um querimus: qui apud nos est
si nos velimus esse apud eum:
Reuera nobiscum est: et in no-
bis: sed adhuc per fidem donec
mereamur videre per species:
novimus inquit apostolus christum
habitare per fidem in cordibus
nostris: quod christus in fide: fides in
mente: mens in corde: cor in pe-
ctore. **P**er fidem recolo deum
creatorem: adoro redemptorem:

Sancti Bernardi

expecto saluatorem: credo vide
re eus in omnibus creaturis ha
bere in me ipso: et quod his om
nibus ineffabiliter iucundus: atq;
beatius est cognoscere in se ipso.
Patrem naq; et filium eius san
cto spu cognoscere: est vita eter
na: beatitudo perfecta: summa
voluptas. Oculus non vidit:
nec auris audiuit: nec in cor hois
ascendit: quanta charitas: quanta
suauitas: et quanta nobis ma
neat in illa visione iucunditas:
quando deum facie ad faciem
videbimus: qui est lux illumina
to: unius requies exercitatorum:
patria redeuntium vita viuentium:
corona vincentium. Graec;
in mente mea imaginem illius
summe trinitatis repio: ad qua
summam trinitatem recolenda
inspiciendam: et diligendam: vt
eius recorder: ea delecter: et eas
contempler: totum id quod vi
uo debeo referre. Adens ima
go dei est: in qua sunt hec tria:
memoria: intelligentia: et volun
tas siue amor. Ademorie attri
buimus omne quod scimus: et
si non inde cogitamus. Intelli
gentie tribuimus omne qd ve
ram cogitando inuenimus: qd

et memorie emendamus. Per
memoriam patri similes sumus:
per intelligentiam filio: per vo
luntatem spiritu sancto. Nichil
in nobis tam simile est qua vo
luntas: vel amor: siue dilectio: q
excellens: voluntas est. Dilec
tio donum dei est: ita q nullu
dei est hoc excellentius: dilectio
naq; que ex deo est: et deus est:
proprie spūs sanctus dicitur p
quem charitas dei diffusa ē in
cordibus nostris: per que; tota
trinitas in nobis habitat.

De miseria hominis: et exa
minatione extremi iudicij.

Capitulum. 9.



Secundū

exterioriores ho
minem de parē
tibus illis venio
qui me ante fecerūt dānatus q̄
natū. Peccatores peccatoꝝ in
peccō suo genuerūt: et de peccō nu
truerunt: miseri miserū in hāc
lucis miseriā iduxerant. Nichil
ex eis habeo nisi miseriā: et pec
catū: et corruptibile hoc corp⁹:
qd gesto. Ad illos dō festino: q
per mortem corporis hinc exie
runt: cum eorum sepulchra re

Meditationes

spitio: nō inuenio in eis nisi cinē
rē ⁊ vermē: fetorē: ⁊ horrorem.
Quod ego sum fuerunt ipsi: ⁊
quod ipsi sunt ego ero. Quid
sum ego homo de humore li-
quido: sui enim in momento cō-
ceptiōis de humano semine cō-
cōceptus: deinde spuma illa co-
agulata modicum crescendo ca-
ro facta est: ⁊ postea plorans et
eiulans traditus sum huic mū-
di exilio: ⁊ ecce iam morior: ple-
nus iniquitatibus: ⁊ abhominā-
tionibus. Jam iam representa-
bor ante districtum iudicem de
meis operibus rationem red-
diturus. Ne mihi misero: cum
venerit dies illa iudicij: ⁊ aper-
ti fuerit libri: in quibus omnes
mei actus: ⁊ cogitationes domi-
no presente recitabuntur. Tūc
demisso capite pre confusione
male conscientie in iudicio cor-
ram domino: stabo trepidus: ⁊
anxius: utpote commemorans
scelerum commissa meorum: ⁊
cum dicetur de me: ecce homo
⁊ opera eius. Tunc reducam
ante oculos meos omnia pecca-
ta mea: ⁊ delicta. Quadaꝫ nā-
qꝫ vi diuina fiet: vt cuiqꝫ sua o-
pera bona: vel mala in memo-
riam reuocentur: ⁊ mentis in-
tuitu mira celeritate cernantur
vt accuset: vel excuset suam cō-
scientiam: atqꝫ ita simul: ⁊ singu-
li: ⁊ omnes iudicentur. Iudici-
um faciet gestorum quisqꝫ suo-
rum. Cunctaqꝫ cunctoꝝum cun-
ctis archana patebunt. Quod
enim nunc confiteri erubesci-
mus: tunc omnibus manifesta-
bitur. Et quicquid hic dissimu-
lando palpamus: totum illic vi-
dex flamma comburet. Ignis
vbiqꝫ serox ruptis regnabit
habentis. Quantoqꝫ diutius
deus nos expectet: vt emenda-
mus: tanto districtius iudicabit
si neglexerimus. Cur ergo tan-
topere vitam istam desidera-
mus: in qua q̄sto amplius vi-
uimus: tanto plus peccamus?
Quāto. n. vita est longior: tanto
culpa nūerosior. Quotidie nā-
qꝫ crescūt mala: ⁊ subtrahūtur
bona. Assidue variat hō p pro-
spera: ⁊ aduersa: ⁊ ignorat qm̄
moniat. Sicut. n. in celo stella co-
ruscās currit velociter: ⁊ repē-
te deficit: ⁊ sic similla ignis subi-
to extinguit: ⁊ in cinerē redigi-
tur sic cito finitā dat illā cerne-
re vitā: dū. n. libenter: ac iucū-

Sancti Bernardi

distine moratur hō in mundo
 isto dinq; se victur; arbitrat; ac
 multa in lōga tpa disponit agēs
 da: subito rapit in mortem: et ex
 iprouiso aia aufertur a corpore.
 Et utamen euz magno metu
 magnisq; doloribus ania sepat
 a corpore Veniunt. n. angeli as
 sumere illā: vt perducāt eā an
 te tribunal iudicis metuendi: et
 tunc illa memorās opa sua ma
 la: et pessima: que die: noctuq;
 gessit: tremiscit: et querit illa fu
 gere: iduciasq; petere dicēs: da
 te mihi vel vni⁹ hore spacium.
 Tunc quasi loq̄ntia simul eius
 opa rñdebunt: et dicent: tu nos
 egisti: opa tua sumus nō te dese
 remus: sed semp tecuz erimus:
 tecū pergemus ad iudicuz. Eii
 tia quoq; multis: et multiplicib⁹
 cribus eam accusabūt: multaq;
 falsa testimonia aduersus eam
 iuenient: quāq; vni⁹ ad dāna
 tionem ei⁹ posset sufficere: de
 mones vō terribili vultu: et hor
 ribili aspectu eā terrebūt: igen
 ti furore eā psequens: et cōpre
 hendent eā tam terribiliter: q̄
 horribiliter: volentes eā retine
 re: et possidere: nisi sit q; eripiat.
 Tūc aia iueniens oculos clau

sos: et os aliosq; corpis sensus:
 per quos solebat egredi: et dele
 ctari in his exterioribus: reuer
 tet ad se: et videns se solā: et nu
 dā igenti horrore cōcussam: de
 speratione deficiet in se: et cadet
 sub se. Et q; amore mūdi: et car
 nis voluptate: dei amorē dereli
 querat: derelinquet a deo mise
 ria in hōra tante necessitat;: atq;
 demonib⁹ tradet in inferno cru
 cianda. Sic aia peccatoris ī die
 qua ignorat: et hōra qua nescit:
 rapitur a morte: et segregatur a
 corpore: pergitq; miseris plena:
 tremēs: ac dolēs. Et cū nullā ex
 cusatōem habeat: quā p peccis
 suis possit ondere: et abescit: et
 p̄tremiscit ante deū appere: igen
 ti horrore pcutitur: et multiplici
 bus cogitationū estib⁹ agitur
 cū igrūente solutione carnis: et
 subductis e medio omnibus: se
 et illum terminū considerat: cui
 appropinquat: et post paululus
 hoc inuenit: qd̄ ip̄erp̄: tuū mu
 tari non poterit: considerat pla
 ne q̄ districtius veniat etern⁹
 iudex: et añ seueritatem tantē ius
 titie: quas rationes v̄t sue po
 nat. Si enim cuncta opera: que
 intelligere potuit: euitauit: ven

Meditationes

tura tamen coram districto iudice illa magis: que in semetipsa non intelligit: per timescit: crescit pavor: cum cogitat quod viam vite huius nequaquam sine culpa transire potuit: nec hoc quidem quod laudabiliter vixit sine aliquo reatu est: si remota pietate iudicetur. Quis enim considerare valeat: quanta mala per momenta temporum perpetramus: et quanta bona facere negligimus? Si autem enim peccatum est perpetratio mali: sicut delictum est desertio boni. Grauis siquidem iactura est cum nec bona facimus: nec bona cogitamus: sed cor nostrum per vanas et inutilia simimus vagari. Vanis tamen difficile est cor tenere: et ab illicita cogitatione seruare. Vanis etiam difficile est terrenas occupationes absque peccatis ministrare. Quapropter nullus semetipsum comprehendere perfecte potest: et diu dicare. Sed multis cogitationibus occupatus sibi metipsum aliquo modo manet incognitus: ut omnino quod tolerat nesciat. Quapropter vrgente exitu subitiori terretur metu: quia etiam illa: qui sciuit: nunquam se preter-

misisse meminit: formidat tamen ea: que nescit.

De dignitate anime.

Capitulum.

ij.



Qualitas dei

insignita imagine decorata similitudine: disponfata

fide: dotata spiritu: redempta sanguine: deputata cum angelis: cetera par beatitudinis: heres bonitatis: rationis particeps: quid tibi cum carne: unde tanta mala pateris? propter carnem aliena peccata tibi imputantur: et tunc iusticie quasi panus menstruate reputantur: atque tu ipsa ad nihilum es redacta: et quasi nihilum: et inane reputata: nihil aliud est caro cum qua tanta est tibi societas: nisi spuma caro facta: fragili vestita decore. Sed erit quidem cadaver miserum: et putridum et cibus verum: nam quantumcumque excolatur semper caro est. Si diligenter consideres quid per os: et nares: ceterosque corporis meatus egrediatur: vilis sterquilinum: nunquam vidisti: si singulas eius miseras enumerare velis: quod sit onerata peccatis irretita

Sancti Bernardi

vitio: putriens concupiscētijs: occupata passionibus: polluta illusionibus: prona semper i malum: et in omne vitium proditijs: plenas omni confusione et ignorantia inuenies. Propter carnem homo vanitati similis factus est quia ex illa vitium concupiscētie traxit: quo captiuus tenetur: et curuatur vt diligat vanitatem et iniquitatem operetur. Attende homo quid fuisti ante ortus: et quid es ab ortu vsq; ad occasum: atq; quid eris post hanc vitam profecto fuisti: qd nō eras: postea de vili materia factus: et i vilissimo pāno inuolutus: mensurali sanguine in vtero matris non fuisti nutritus: et tunica tua fuit pellis secunda: sic indutus: et ornat⁹ venisti ad nos: nec memores es q̄ sit vili origo tui. Formas: fauos: populi: seruos: inuenis: opesq;. Subripere tibi noscere quid sit homo: nihil enim aliud est homo q̄ sperma fetidum saccus stercoreum: et cibus vermium. Post hominem vermis: post vermē fetor: et honor. Sic in non hominem vertitur omnis homo. Unde supbit homo cuius conceptio culpa nasci

pena labor: vita necesse mori. Cur ergo superbis homo? Attende qd fuisti vile semen: et sanguis coagulatus i vtero matris deinde miserijs huius vite expositus: et peccato: postea vniuersus et cibus vermium futurus i tumulto. Quid superbis puluis: et cinis cuius conceptus culpa nasci miseria viuere pena: mori angustia? Cur carnes tuas preciosis rebus impinguas: et adornas: quā post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulchro. Niam vero tuā nō adorās bonis operibus que deo: et angelis ei⁹ presentanda ē in celis? Quare animā tuam vilipendis: et ei carnem sponis: dominā ancillari: et ancillā dominari: magna abusio ē. Totus quidem iste mundus ad vniuersū aie precium extimari nō pot: non enī pro toto mūdo de⁹ aiam suam dare voluit: quā pro aia humana dedit. Sublimi⁹ ergo est anime precium: que nō nisi sanguie xpi redimi potuit. Quā ergo cōmutationē dabis pro aia tua: q̄ pro nihilo das illā: nonne dei fili⁹: cū esset in sinu patris: et regalibus sedibus pro ea descedis: vt eā liberaret a p̄tate dia?

Meditationes

boli? Quā cū vidisset peccatorū
fimbriā irriteritā: iā iāq; demonib;
tradēdā: vt morte ppetua dāna
ref: fleuit sup illā q; fieri se nescie
bat: nec solum fleuit: s; et occidi
se pmissit: vt sui preciosi sanguis
precio eā redimeret: aspice mor
talis p: o te dat hostia talis. **A**
gnosce hō q; nobilis ē aīa tua:
z quā graua fuerint eius vul
nera: p quibus necesse fuit xp̄s
dñm vulnerari. Si non essent:
hec ad mortem: z mortē sempit
ternā: nunq; p: o eoz remedio
dei filius morerct: noli ergo vi
lipendere aīe tue passionē. Qui
a tāta maiestate: tanta vides ex
hiberi cōpassionē sudit ipse la
chrymas p te: laua z tu p singu
las noctes lectū tuū cordis com
punctione: z lachrymarū assidui
tate: sudit ipse sanguinē suū: sun
det tu tuū quodiana corpore
afflictione. Quē si semel pone
re p: o xp̄o nō potes saltē mitio
ri quodā sed longiori martyrio
ponē. Noli attendere qd caro
velit: sed q spūs poscit. **T**ūc. n.
gloriosus erit: cū ad dñm suū re
dierit. Ita tamen si de corpore
nullū pñ secum tulerit: z de
terferit oē sordidum. Si nō di

cis durus est hic sermo: nō pos
sum mundū spernere: z carnez
meam odio habere. **D**ic mihi
vbi sunt amatores mundi q; an
pauci ipa nobiscū erant? nihil
ex eis remāsit nisi cineres z ver
mes. **A**ttēde diligenter qd sunt
vel qd fuerūt hoies fuerūt sicut
tu comederūt: biberūt: riserunt:
duxerūt i bonis dies suos: z in
puncto ad iserna descēderūt: **H**
caro eoz v̄mib; z illic aīe igni
bus deputant: donec rursus ise
lici collegio colligati sempiter
nis iuoluant incēdijs: qui socij
fuerunt i vitijs. **E**na nāq; pena
implicat: quos vnus amor i cri
mine ligat. **Q**uid p̄sunt illis ina
nis gloria: breuis leticia: mundi
potentia carnis voluptas: false
diuitie: magna familia: z mala
cōcupiscentia. **U**bi risus: vbi io
cus: vbi tactātia: vbi arrogātia:
de tanta leticia quanta tristitia:
post tantā illam voluptatē: tā gra
uis miseria: de illa exultatione
ecceiderūt in magnā miserā: in
grandem ruinā z i magna tor
menta. **Q**uicqd illis accidit tibi
accidere potest: q; hō es. **H**ō de
humo: limus de limo: de terra
es: de terra vuitis: z i terram re

Sancti Bernardi

herteris: qm̄ venerit dies illa vltima: q̄ subito veniet: forsitā hodie erit. Certū ē qd̄ morieris: s̄ incertū qm̄: aut quō: aut vbi qm̄ mors vbiq; te expectat. Tu quoq; si sapiēs fueris vbiq; eā expectabis: si carnē seq̄ris punieris i carne: si i carne delectaris: cruciaberis i carne: si curiosas vestes regis: pro ornatu vestitū subter te sternet tinea: et opimētū tuū erunt vmes. Iusticia dei aliud iudicat nō pōt: nisi qd̄ merent opa nra. Qui eni plus diligit mūdū q̄ deū: seculū q̄ claustrū: gulā q̄ abstinentiā: luxuriā q̄ castitatē: sequitur diabolū: et ibit cū eo in suppliciū eternū. Quis putas tūc meror: erit: in q̄s luctus: que tristitia: cū sepabunt iusti a cōsortio iustoz: et a visione dei: et tradent in potestātē demonū: et ibunt cū ipsis in ignē eternū: ibiq; semp erūt sine fine i luctu: et gemitu: procul q̄ppe a brā paradisi p̄ria exules cruciabunt in gehēna ppetua: nunquā lucē visuri: nunquā refrigeriū adepturi. S; per millia millium annoz in inferno cruciadi: nec inde vnquā liberādi: vt nec q̄ torquet aliquā fatigent: nec

qui torquentur aliquādo moriantur. Sic enim ignis ibi cōsumitur: vt semper reseruet: sic tormenta aguntur: vt semp renouentur: iuxta vero qualitātē culpe penā sustinebit vnusq; q̄ gehēne: et similis culpe rei suis similibus iungent cruciandi. Nichil aliud ibi audiet nisi fletus: ac plāctus gemit⁹: et vlulatus meror: atq; stridores dentū. Nichilq; ibi videt nisi vermes: et laruales facies toroz: atq; teterrima monstra demonioz. Vermes crudeles mordebūt intima cordis: hic dolor inde pauor: gemit⁹ stupor: et timor horrens. Ardebūtq; miferi i igne eterno i eternū: et vltra i carne cruciabunt per ignē i spiritu p cōscientie vermē: ibi erit dolor intollerabilis. Timor horribilis: fetor incomparabilis: mors aie: et corporis sine spe venite: et misericordie. Sic tñ morientur: vt semp viuāt: et sic viuēt: vt semp moriant. Ita aia peccatoris aut i inferno p peccatis cruciatur: aut puerfa a peccatis in paradiso p bonis meritis collocat. Nūc ergo alterz e duobus eligamus: aut semp cruciari cū ipso: aut semp letari cum san.

Meditationes

ens. Bonum siquidem: et malum
vita: et mors ante nos sunt posi-
ta: ut ad quod voluerimus: ma-
num extendamus. Sicut tormen-
ta non terrent nos saltem inui-
tent premia.

De premio patrie celestis.

Capitulum. iij.



Premius
est videre deum:
vivere cum deo:
vivere de deo:
esse cum deo: esse in deo: qui erit
oia in oibus: hunc deum qui est
summum bonum: et ubi est summum
bonum: ibi est summa felicitas: sum-
ma iucunditas: vera libertas: per-
fecta charitas: et secunda eterni-
tas: ibi est vera letitia: plena sci-
entia: ois pulchritudo: et ois bri-
tudo. Est ibi pax: pietas: boni-
tas: lux: virtus: honestas: gau-
dia: letitie dulcedo: vita perennis
gloria: laus: requies: amor: et co-
cordia dulcis. Sic cum deo homo
beatus erit in cuius presciantia perenni-
tuentum non fuerit videbit deum
ad voluntatem: habebit ad volu-
ptatem: fruetur ad iucunditatem
in eternitate vigebit: in veritate
fulgebit: in bonitate gaudebit:

fic habebit permanendi eternitates
sic cognoscendi felicitates: et re-
quiescendi felicitatem. Cuius si-
quidem erit illius sancte civitatis: cuius
ius angeli civis sunt deus pater
templum: filius eius splendor: spi-
ritus sanctus charitas: o civitas
celestis mansio secunda: patria ser-
tilis: et ampla totum continens quod
delectat populum sine murmu-
re: incolae quieti: homines nullam in-
digentiam habentes. Quam glorio-
sa dicta sunt de te civitas dei: si-
cut letantium omnium habitatio est in
omnes letantur in letitia: et exulta-
tione: omnes delectantur de deo: cuius
ius aspectus pulcher: facies de-
cora eloquium dulce delectabilis
est ad videndum: suavis ad biden-
dum: dulcis ad prouidendum: ipse per
se placet: et per se sufficit ad meri-
tum: et sufficit ad premium: nec ex-
tra illum quicquam querit: quia totum
in illo inuenitur: quicquid deside-
ras: si libet eum aspiceris: si hunc
si in illo delectari: et in illo per-
frui: in illo clarificas intellectus:
et purificas affectum ad cognoscen-
dam: et diligendam veritatem. Et hoc
est totum bonum hominis nosse. scilicet et ama-
re creatorem suum. Que ergo nos
angit vesania vitiorum sive ab

Sancti Bernardi

lut vnum breuissimum deputat
passum. Ante se oculos dirigit
z infinire perēnitatis spacia de-
prehendit. Plorat itaqz: quia in
tam breui spacio acquirere po-
tuit omnium lenitiam seculorū.
Beflet etiam se propter tā bre-
uem illecebre carnis voluptatez
inenarrabilem perpetue suauis-
tatis amisisse dulcedinam. Erū-

bescit quia propter illam substā-
tiam que veribus erat obno-
xia: illam neglexit que choris an-
gelicis erat inferenda. Nam ros-
dios mentis attollit: z cum diu i-
tiarum immortalum gloriā con-
templatur: eam propter vite hu-
ius inopiam perdidisse confun-
ditur. Lūqz sub se reflectit ocu-
los ad huius mundi conuallem:
terre qz caliginem: supra se non
miratur eterni luminis charita-
tem: liquido comprehendit qd̄
nox erat: z tenebre quod ama-
uit. Si residuū penitentie tem-
pus mereri posset q̄s dure con-
uersationis iter arripere: qua-
lia z quanta promitteret: quan-
tis se deuotionum vinculis ino-
daret. Interea dum ebefcentes
oculi contabescunt: dum pectus
palpitāt: dum rauchum guttur
anhelat dentes paulatim nigre-
scunt: z quandam velut rubigi-
nem contrahunt. Pallescūt ora
z membra cuncta rigescunt.
Dum hec itaqz z huiusmodi tā
quā vicine morti: precedentia fa-
mulantur officia: adsunt omnia
gesta simul z verba: nec etiam
ipse cogitationes desunt z cun-
cta hec. Amarum aduersus au-

Damiani

etorem testimonia reddunt. Co
aceruantur omnia ante oculos
respuentis: et que respicere re
fugit: coactus et iniunctus atten
dit. Adest preterea hinc boue
da demonum turba et illinc vir
tus angelica: ab eo qui medius
liquido deprehenditur cui pos
sessori iudicetur. Nam si piera
tis in eo videntur insignia: inui
tationis angelice blanditijs deli
nit atq; armonice melodie dul
cedine: ut exeat puocatur. Ad
si eum parti similiter: meritum
ingredo et seditatis squalor ad
iudicet. Adox intollerabili ter
rore concutitur: repentini impe
tus violentia conturbatur: preci
pitatur: inuaditur ac de misere
carnis ergastulo violenter eri
pitur: ut ad eterna supplicia eius
amaritudine pertrahatur. Jam
vero post egressionem de cor
pore quis explicare valeat quod ar
mate iniquorum spirituum acies
in insidijs lateant. Quod fre
mentes cunei: seralibus telis in
structi iter obsideantur. Et ne
transire possit aia velut militari
more: stipate legiones oppugnât.
Hec et huiusmodi in corde ver
sari frequenter quidem aliud quod

leociniantia blandimenta respue
re: mundo repudium dare et il
litos carnis motus elidere: so
lumq; adipiscende perfectionis
propositum indeclinabiliter cu
stodire. Amen.

Ad meditationes

The meditatio redemptionis no-
stre beati Anselmi archiepisco-
pi Cantuariensis.

Anima

xriana de gra-
ui morte resus-
citata. Anima
de misera ser-
uitute sanguine dei redempta et
liberata: excita mentem tuam:
memeto resurrectionis tue. Re-
cogita redemptionem et libera-
tionem tuam. Retracta ubi et
que sit virtus tue saluationis.
Versare in meditatione eius.
Delectare in contemplatione
eius. Excute fastidium tuum sa-
crum cordi tuo. Intende in hoc
mentem tuam: gusta bonitatem
redemptoris tui. Mandare fauus
verborum: fuge plusquam melitus
sapore. Gluti salubrem dulco-
rem: Mandare cogitando. Sur-
ge intelligendo: Gluti amando
et gaudendo. Letare manden-
do. Gratulari: sugendo. Iucun-
dare glutiendo. Ubi ergo et que
est virtus: et fortitudo saluatio-

nis tue. Certe xps te resuscita-
uit: Ille bonus Samaritanus te
sanauit: Ille bonus amicus ani-
ma sua te redemit et liberauit
xps inq̄. Ergo virtus saluatio-
nis tue ubi est hec virtus chri-
sti. Atiq̄ conua in manib⁹ ei⁹
ibi abscondita est fortitudo ei⁹.
Conua quidem in manibus ei⁹
quia brachijs crucis vel cofixe
sunt manus eius. Que autē for-
titudō in tanta infirmitate? Que
altitudo in tanta humilitate?
Quid venerabile in tanto con-
temptu? Sed certe ideo abscon-
ditum quia in infirmitate. Ideo
celatum quia in humilitate. Ideo
occultus quia in contemptu. Quod
fortitudo abscondita: hominem
in cruce pendentes suspendere
mortē eternā genus humanū p̄-
sumentem hominem ligno con-
fixum defigere mundum per-
petuē morti affixū. Quod celata po-
testas hominem damnatum cū
latronibus: saluare homines
damnatos cum demonib⁹ ho-
minem in patibulo extensus om-
nia trahere ad seipsum. Quod vir-
tus occulta: vnam animas mis-
sam in tormento innumerabiles

Sancti Anselmi

trahere de inferno. Dominem mortē co:poris suscipere ⁊ animarum mortem perimere. Cur bone domine pie redemptor: potens: cur tantā virtutem operuisi tāta humilitate. An vt falleres diabolū qui fallendo hominem eiecit de paradiso? Sed utiq; veritas nullus fallit. Qui videt veritatem ⁊ odit vel contēnit ipse se fallit. Qui ignorat: q non credit veritatem ipse se fallit. Veritas utiq; nullum fallit. An ideo ipse diabolus se falleret. Sed utiq; sicut veritas nullum fallit: ita non intendit vt aliquis se fallat quāuis hoc dicat facere cui permittit. Ad. n. asumpsisti hoīem vt te notū opires: sed vt ignotum apires: vtz hominem: vtz deum te dixisti: ⁊ operibus oñdisti. Res per se fuit occultata: Ad sic est facta vt absconderetur: sed vt suo o:die perficeretur. Non vt aliquem deciperet: sed vt quemadmodū oportebat fieri dicitur occultata. Non est aliud quā non est oibus reuelata. Nam ⁊ si veritas omnibus se manifestat: nulli tamen se negat: ergo domine non

vt falleres: nec vt aliqui se falleret sic fecisti: s; vt faceres quod ⁊ quomodo faciendum erit in veritate per omnia perstitisti.

Quis ergo se fefellit in tua veritate non de te: sed de propria queratur falsitate. An diabolus habebat aliquid iuste aduersus deum aut aduersus hominem: Propter quod deus prius deberet aduersus eum pro homine: hoc modo agere q; aperta fortitudine vt dum ille iustū homines iniuste occideret iuste potestatem q; super iniustos habebat perderet. Sed certe diabolus nec deus debebat aliquid nisi penam: nec homo nisi vicem: vt quemadmodum ab illo se facile permisit vinci peccādo: ita illum vinceret vsq; ad difficultatem mortem iustitiam integrā seruando. Sed ⁊ hoc non nisi debebat homo: nam non peccauit aduersus diabolū: sed aduersus deum: nec homo diaboli erat: sed ⁊ homo ⁊ diabolus dei erat: S; ⁊ q; diabolus verabat hoīem nō hoc faciebat iustitie s; nequitie: nec dico de iubente: sed pmittente non diaboli: s;

Meditationes

dei iusticia exigente. Nihil igitur erat in diabolo: cur deus aduersus eum ad saluandum hominem fortitudinem suam celare aut differre deberet. An alia necessitas coegit: vt altissimus sic se humiliaret: et omnipotens ad faciendum aliquid tantum laboraret. Sed omnis necessitas et impossibilitas ei subiacet voluntati. Quippe quod vult necesse est: et quod non vult impossibile est esse. Sola igitur voluntate: et quoniam voluntas eius semper bona est sola hoc fecit bonitate. Non enim deus egebat: vt hoc solo hominem saluus faceret: sed humana natura indigebat: vt hoc modo deo satisfaceret. Non egebat deus vt tam laboriosa pateretur: sed indigebat homo: vt sic de profundo inferni erueretur. Diuina natura humiliari: aut laborare non eguit nec potuit hec omnia humanam naturam: vt ad hoc restitueret propter quod facta erat necesse erat facere. Sed nec illa nec quod deus non est ad hoc poterat sufficere. Nam homo ad quod institutus est non restituitur: si non ad similitudinem angelorum

in quibus nullum est peccatum prebitur quod impossibile fieri nisi omnium percepta peccatorum remissione que non fit nisi procedente debitorum satisfactione quam satisfactionem talem esse oportet vt peccator aut aliquis pro illo det aliquid deo de suo quod debitum non sit quod superet omne quod deus non est. Si enim peccare est deus exhonorare: et hoc homo facere non debet etiam si necesse esset quicquid est quod deus non est vti quod veritas immutabilis: et ratio aperta exigit vt qui peccat reddat aliquid deo pro honore ablato maius quam sit hoc pro quo illum exhonorare non debuit quam humana natura sola non habebat: nec sine debita satisfactione reconciliari poterat: nec iusticia dei in regno suo peccatum inordinatum relinqueret subuenit bonitas dei et eam in suam personam assumpsit filius dei: vt in ea persona esset homo deus qui haberet quod superaret non solum omnem essentiam: que deus non est: sed etiam omne debitum quod peccatores solvere debent et hoc quum nihil pro se debe-

Sancti Anselmi

ret: solueret pro alijs qui quod
debent reddere non habe-
bant: preciosio: namq; est vita
hominis illius q̄s omne q̄d deo
non est: ⁊ superat omne debitum
quod debent peccatores pro sa-
tisfactione: sic enim interfectio.
Illius superat omnem multitu-
dinem ⁊ magnitudinem pecca-
torum que cogitari possunt ex-
tra personam dei palam est: q̄a
vita eius magis est bona quam
sunt omnia peccata mala que ex-
tra personam dei sunt. Hanc vi-
tam homo ille cum debito mori
non deberet: quoniam pecca-
tor non erat sponte dedit de suo
ad honorem patris cum eam si-
bi auferri propter iusticiam per-
misit: vt exemplum omnibus
alijs daret: iusticiam dei ab illis
non esse deserendam propter
mortem quam ex necessitate ali-
quando soluere debent cum il-
le qui eam non debebat: ⁊ ser-
uata iusticia seruare posset: eam
sibi illatas propter iusticiam spon-
te sustineret: dedit itaq; huma-
na natura deo in illo homine
sponte: ⁊ non ex debito quod
suum erat: vt redimeret se in
alijs in quibus quod ex debito

exigebatur reddere non habebat
in omnibus his non est di-
uina natura humiliata: sed hu-
mana est exaltata: nec illa in mi-
nuta: sed ista est misericorditer
adiute: non humana natura in
homine illo passa est aliquid v-
la necessitate: sed sola libera vo-
luntate: nec alicui violentie suc-
cubuit: sed spontanea bonitate
ad honorem dei ⁊ vtilitate; alio-
rum hominum: que illa mala vo-
luntate sunt illa laudabiliter et
misericorditer sustinuit: nec vlla
cogente obedientia: sed potenti
disponente sapientia. Non enim
illi homini pater vt moreretur
cogendo precepit: sed ille q̄ pa-
tri placiturus ⁊ hominibus pro-
futurum intellexit hoc sponte fe-
cit. Non enim ad hoc pater po-
tuit cogere q̄ ab eo exigere nō
debuit: nec patri tantus honor
potuit non placere: quem tam
bona voluntate: filius sponte obtu-
lit. Sic itaq; pater obedientiam
liberam exhibuit eius hoc q̄ pa-
ter placiturum sciuit sponte fa-
cere voluit. Deniq; quoniam
pater illi hanc bonam volunta-
tem quantum liberam dedit non
immerito dicitur: quia canit il-

Meditationes

Iud velut preceptum patris ac-
 cepit: hoc itaq; modo obediens
 fuit patri vsq; ad mortem: et si-
 cut mandatum dedit illi pater
 sic fecit: hec est enim perfecta et
 libera humana nature obe-
 dientia cum voluntatem suam
 liberam sponte voluntate subdit
 et cum acceptam bonam volun-
 tatem sine omni exactione spon-
 tanea libertate opere proficit sic
 homo ille redimit omnes alios
 cum hoc q; sponte dedit deo com-
 putat pro debito q; illi debebat
Quo precio non semel tantum
 a culpis homo redimitur: sed
 etiam quotiens peccanti condi-
 gna penitentia non promittitur.
Quod quoniam in cruce factum
 est per crucem noster christus
 nos redemit. **Quod** ergo ad
 hanc gratiam volunt condigno
 affectu accedere saluantur: qui
 vero illam contemunt: quia debi-
 tum q; debent non reddunt ius-
 te damnantur. Ecce anima chri-
 stiana hoc est virtus saluationis
 tue: hoc est causa libertatis tue:
 hoc est precium redemptionis
 tue. **Capra** eras sed hoc mo-
 do es redempta ancilla eras et
 sic libera. Sic es exul reducta

per dita restituta et mortua: resus-
 citata hoc mandat: o homo hoc
 rumiet hoc sugat hoc gloriatur cor-
 tuum cum, eiusdem redemptio-
 nis tui carnem et sanguinem ac-
 cepit os tuum fac i hac vita quoti-
 dianum panem iustum et viati-
 cum tuum: quia per hoc: et non
 nisi per hoc: et tu remanebis in
 christo: et christus in te et in futu-
 ra vita erit plenum gaudium tu-
 um. **Sed** o tu domine qui vt ego
 viuerem mortem suscepisti quo-
 modo letabor: que non est nisi de
 vinculis tuis: qualiter gratula-
 bor de salute mea cum non sit nisi
 si de doloribus tuis. **Quomodo**
 gaudebo de vita mea que non
 est nisi de morte tua. **An** gau-
 debo de his que passus es et de
 crudelitate illorum qui ea tibi fe-
 cerunt: quoniam nisi illi fecissent
 tu passus non esses: et si tu pas-
 sus non esses bona non essent
 aut si de illis dolebo quomodo
 de istis propter que illa fuerunt: et
 que non essent nisi illa fuissent gau-
 debo. **Sed** certe illorum nequa nisi-
 bil facere potuit: nisi quod tu sponte
 promissisti: nec tu passus esses: nisi
 quod pie voluisti illorum itaq; de eo
 crudelitatem execrari mortem et la-

Sancti Anselmi

hominem tuos compatiendo imitari
piam voluntatem tuam gratias agendo
amare ac sic secure de bonis mi-
hi collatis exultare. Ergo hominum
tuo illo crudelitatem dimitte dei
iudicio et tracta de his que debes
salutari tuo. Considera quod tibi
erat et quod tibi factum sit: et pensa que
hoc tibi fecit: quo amore dignum
sit: intueri necessitatem tuam et boni-
tatem eius: et vide quas gratias red-
das et quantum debeas amari eius:
in tenebris: i lubrico: i descensu su-
per irremediabile chaos. Inferni
eras imensum et quasi plumbeum pon-
dus pedens a collo tuo deorsum
te traherebat: onus im-portabile desu-
per premebat hostes invisibiles te
toto conatu impellebant sic eras si-
ne omni auxilio: et nesciebas que sic
preceptus eras et natus. **Q**uod tibi
tunc erat: et quo te ista rapie-
bant. Expavesce memorando pre-
misse cogitando. **O** bone o domine
iesu christe sic posito nec potesti nec
opinasti: ut sol mihi illuxisti et mi-
hi quomodo eras ostendisti. Abiecasti
plumbum quod deorsum me trahere-
bat remouisti onus quod desuper
me premebat: impellentes me re-
pulistis: ac illis te pro me oppo-
sistis. **E**locasti me nomine nouo quod

mihi de nomine tuo dedisti et iur-
uatum ad aspectum tuum erexisti di-
ces. **C**onfide ego te redemi aiam
meam pro te dedit. **S**i adheres mihi
mala in quibus eras euades et in pro-
fundum quo prepebas non cades: sed
pducam te ad regnum meum. Exinde
accepisti me intuitum tuum ut ni-
hil noceret anime mee pre voluntatem
suam. **E**t ecce cum nondum adhaeserim
tibi sic consulisti nondum tamen in infernum
me cedere permisisti: sed adhuc ex-
pectas ut adhaereas et facias quod
permisisti. **C**erte quod sic eras et bene
fecisti mihi in tenebris eras: quod nihil
nec me ipsum sciebam in lubrico: quod in-
becillis et fragilibus ad lapsus pec-
cati eras. **I**n descensu super chaos in-
ferni: quod in primis parietibus descen-
deras de iusticia ad iniusticias pro
qua descendisti ad infernum: et de bea-
titudine ad temporalem miseriam: de
qua cadisti in eternam: pondus origi-
nalis peccati deorsum me tra-
hebat: et onus im-portabile iudicij
domini me premebat: et inimici mei de-
mones ut me alijs peccatis dan-
nabiliorum facerent quantum in ipsis
erat vehementer insistebant sic
destituto omni auxilio illuxisti mihi
et quomodo eras ostendisti: quod et quum
ego nondum hoc nosse poteram

Meditationes

alios qui pro me essent: et post
sua meipsum antequam postula-
rem. Nec omnia docuisti pluri-
mum deorsum trahens: et onus
grauans: et hostes impellentes:
et eiecisti: quia peccatus in quo na-
tus et conceptus eram: et dam-
nationem eius amouisti: et ma-
lignos spiritus ne vi anime mee fa-
cerent prohibuisti: christiani me se-
cisti vocari de nomine tuo per
quod et ego confiteor: et tu co-
gnoscis me inter redemptos tu-
os: et crexisti: et leuasti me ad no-
ticiam tuam: et amorem tuum fe-
cisti me considerare de salute ani-
me mee pro qua dedisti animam
tuam: et mihi si te sequerer pro-
misisti gloriam tuam: et ecce qui
nondum sequar te: sicut coniu-
luisti: sed insuper multa peccata
fecerim que prohibuisti: adhuc
expectas ut sequar et donec quod
promisisti. Considera anima mea
itendite omnia mea intima quae
tuum illi debeat tota substantia
mea. Certe domine quia me feci-
sti debeo amori tuo meipsum to-
tum: quia me redemisti: debeo me
ipsum totum: quia tanta promittis.
Debeo meipsum totum uno tan-
tum debeo amori tuo plusquam

meipsum quantum tu es amor
maior me. Pro quo dedisti te
ipsum et cui promittis teipsum
fac precor: domine me gustare per
amorem quod gulto per cogni-
tionem. Sentiam per affectum
quod sentio per intellectum plus:
debeo quam meipsum totum: sed
nec plus habeo: nec hoc ipsum
possum per me reddere totum
trabe tu domine in amorem tu-
um vel hoc ipsum totum. To-
tum quod sum tuum est condicio-
nem: fac totum in dilectione. Ec-
ce domine coram te est meum co-
natur: sed per se non potest: fac
tu quod ipsum non potest. Admit-
te me intra cubiculum amoris
tui: peto: quero: pulso. Qui me
facis peterem fac accipere. Das
querere: Das inuenire: Voces
pulsare Aperi pulsanti: Voces
pulsare si negas petente. Quid
inuenit si querens frustratur.
Cui aperis si pulsanti claudis.
Quid das non oranti: si amo-
rem tuum negas oranti. A te ha-
beo te desiderare: a te habeam
impetrare. Adhere illi adhere
impertune anima: Bone bone
domine ne reicias eas fame a-
moris tui. Languet resouilla eas

Sancti Anselmi

Saciet eam dilectio tua impinguet eam affectus tuus: Impleat eam amor tuus occupet te totum possideat: totum quia tu es cum patre et spiritu sancto deus solus benedictus in secula seculorum. Amen.

Oratio deuotissima Beati Anselmi archiepiscopi Cantuariensis: ad concitandum timorem in peccatore.

Erret nā quod me vita mea diligenter excusata. Apparet mihi: aut peccatus: aut sterilitas ferre tota vita mea: et si quid fructus mea consideretur: sic est aut simulatum: aut imperfectum: aut aliquo modo corruptum: aut possit: aut non placent: aut displicere deo. Ergo o peccator: vita tua non iam fere tota: sed certe tota aut in peccato est ac damnabilis: aut infructuosa est damnabilis. Sed quid separo infructuosam a damnabili. Utique si est infructuosa est et damnabilis. Quod stat enim et iterum est quid veritas dixit omnis arbor: que non facit fructum bonum excidetur

et in ignem mittetur. Denique si quid ago vtile pro: suis nullatenus comprehenso alimentis corporis pro quibus abutor. Sed quod pascit pecus quod non tantum prodest quantum consumit. Et tamen tu benignus deus: tu nutritis et expecta tuum inutile vermem et fetentem peccatis. Quam tollerabilius canis putris fetet hominibus quam anima peccatrix deo: infelicius ista deo quam ille hominibus heu non hominem: sed obprobrium hominum villium pecore peius caduere. Teder animam meam vite mee viuere erubescere mori pertimesco. Quid ergo restat tibi o peccator: nisi tu in tota vita tua plores totam vitam tuam: ut ipsa tota se ploret totum. Sed est in hoc quoque anima mea miserabiliter mirabilis: et mirabilitas miserabilis: quod non tantum dolet quantum se noscit: sed sic secura torpet velut quid patet: et ignoret. Anima sterilis quid agis: Quid torpes anima peccatrix dies iudicij venit iuxta est dies domini magnus: iuxta est velox nimis: Dies ire dies illa: Dies tribulationis et angustie:

Meditationes

Dies calamitatis et miserie: dies tenebrarum et caliginis: dies nebulae et turbis: dies tubae et clangoris: **O** vox dei domini amara. **Q**uid dormitas anima tepida et digna euomi: quid dormitas? **Q**uis non expergescitur? **Q**ui non tremat ad tantum tonitrum non dormit: sed mortuus est. **A**rbor infructuosa ubi sunt fructus tui? **A**rbor digna securi et igne: **D**igna succidi et succendi quae sunt fructus tui? **U**tiq; spine pungentes et amara peccata. **Q**ue utinam sic te penitendo pungerent ut refrigerentur: sic amarescerent: ut euanescerent: forsitan paruum quod putes aliquod peccatum utinam districtus: **S**ed hecume: nonne omne peccatum per preuaricationem deum exhorare? **Q**uod ergo peccatum audebit peccator dicere paruum? **S**cum enim exhorare quando est paruum? **O** lignum aridum et inutile eternis ignibus dignum. **Q**uid ridebis in illa die cum exiger atq; usq; ad ictum oculi: oculus ipse uiuendi tibi impulsus qualiter fuerit ante expectatum? **T**um quippe conderis: quicquid fuerit inuentum in te operis uel ocij sermonis et si

lentij usq; ad minimam cogitationem quod est iussisti si non fuerit ad dei voluntatem directum. **U**e quot peccata prouent ibi: ex improviso quali ex insidijs que modo non uides. **C**erte plura et fortassis terribilia: a his que nunc uides. **Q**uodque non esse mala putas? **Q**uodque nunc esse bona credis et nudata facie apprebuit ibiigentia peccata: ibi perculsio recipies. **P**ut gestisti in corpore: tunc quam iam non erit ipse misericordie: tunc cuius penitentia non recipietur quam emendatio non permittetur: hic cogita quod gestisti: quod oporteat te recipere. **S**i multa bona: pauca mala: multum gaude. **S**i multa mala: pauca bona: multum luge inuis peritorum. **E**n non sufficient hec ad imanes ruginum. **A**n non sufficiet ad cliciem dum sanguinem et medullas in lachrymas? **U**e mirabilis duritia ad quam perfringendam leues sunt tam graues mallei. **O** insensibilis torpor: ad quem percutandum sunt obtusi tam acuti aculei: **P**er hoc torpor: letalis quem excitandum raucum est tam terrificum tonitruum. **P**eritorum ne satis hec tibi debent esse ad percutandum luctum? **S**ufficere possunt ad sorbendas tibi iuges lachrymas. **S**ed cur debeo tibi gra

Sancti Anselmi

ordine de magnitudine iminen-
 tis miserie quicquid dissimulando
 tacere: et oculis anime mee sus-
 rari. An ut pulse irruant repere
 tui dolores ut subito irruat in-
 tollerabilis tempestas? certe non
 sic expedit: peccatorum si cum dixerō
 quicquid potero excogitare nū-
 dum ad id quod res est poterit co-
 parari. Igitur deducant oculi mei
 lachrymas: per diem et noctem: et
 non taceat. Auge ergo peccatorum: auge
 superioribus criminis pondus adde
 terrorem super terrorem: ululatum
 super ululatum. Nam ipse te iudica-
 bit ad cuius contumeliam spectat
 quicquid inobediens deo: aut parti-
 cator peccat. Qui mihi bonum
 pro malo reddidit: cui ego malum pro
 bono: qui in me patientissimus: te di-
 strictissimus: clementissimus: te heu
 me: heu me quod peccaui deum in
 honoravi omnipotentiam provocasti
 mi. Peccator: quid feci quod male feci
 Ne ne ira omnipotentis nec irruas
 super me ira omnipotentis: cur pote-
 rit capi in me? non est quod possit to-
 lerare in toto me. O angustie:
 hic erunt accusantia peccata ide-
 res iustitia subitum patens horridum
 chaos inferni desuper iratam iudex in-
 tus vires conscia fons ardens mun-
 dus. Iustus vix salvabitur. Peccator:

sic dephesus in qua parte se premet
 Costrictus ubi latebo. Quo pe-
 bo? Later erit impossibile. Appe-
 re intollerabile. Illud desideras
 bo et nusquam erit. Istud execrabor
 et ubique erit quicquid tunc: quod erit
 tunc? Quis eruet de manibus deorum
 vnum mihi consilium: vnum salus? Quis
 quod deus magni consilii angelus quod deus sal-
 uator: ut nomen eius vociferet: iam
 ipse est: iam ipse iesus ipse idem est iudex
 iter cuius manus nemo: respira iam
 o peccator: respira ne desperes: spera
 in eo quem times. Refuge ad eum a
 quo aufugisti iuoca impotente
 quem superbe provocasti iesu iesu propter
 hoc nomen tuum: fac mihi secundum hoc
 nomen tuum iesu iesu oblitiscer su-
 perbum provocate: respice miserere iu-
 cate. Nomen dulce. Nomen dele-
 ctabile: nomen confortans peccatorem
 et vite spei. Quid enim est iesu nisi
 salvator: Ergo propter temetipsum esto
 mihi iesus qui me consolasti ne
 peccasti. Ad redimisti me ne contem-
 nes. Ad me creasti tua bonitate
 ne peccat operum tuum mea iniquitate: ro-
 go piissime ne peccat mea iniquitas
 quod fecit tua omnipotens bonitas. Re-
 cognosce benignissime quod tuum est
 et absterge quod est alienum: iesu iesu
 miserere dum tempus est miserere ne
 dantes in tempore iudicandi. Que

Meditationes

nanq; tibi vtilitas in sanguine meo: si descēdero in eterna; corruptionem. Neq; enim mortui laudabunt te domine: neq; omnes qui descendunt in infernu; Si me admiseris intra latissimum tue misericordie sinus: nō erit angustior: propter me domine. Admitte ergo o desideratis sine iesu: admitte me intra numerum electorum tuorum: ut cū illis te laudes: te perfruar & glorier in te: inter omnesq; diligūt nomen tuum: qui cum deo patre & spū sancto gloriantur per interminata secula seculorū. Amē.

U Deploatio deuotissima bti Anselmi archiepiscopi Cantuariensis p̄ amissa virginitate seu castitate per fornicationem.



Anima mea
anima
ma erūnosa
anima
ma inq; misera
miseri homuncu

li. Excute torporem tuum & discute peccatum tuum & concute mentes tuam reduc ad cor enor me delictum & produc de corde imanem rugitum. Intende i felix: intende sceleris tui honorem. Et pretende horificus ter

rorem: & terificum dolorem. **I**nquā que quondam candida ta celesti lauacro: Notata spūsa cto tu xpiana professione iurata virgo seruisti xpō desponsata. **D**ium memini. **O** quem nominauī utiq; non tam benignū sponsum virginitatis mee: sed terribilem iudicem imunditie mee: **D**eu memoria pdite iucunditatis. **C**ur sic super aggrauas pressuram possidentis. **Q**uam misera soris flagitiorū cui s; & bonum & malū pariter sunt in tormentum. **T**orquet enī me mala conscientia & cruciatus eius i quibus timeo me arsurum: torquet me bone conscientie: & premiorum eius memoria: que scio me perdisse: nec amplius recuperaturum: **N**e miserum perdere id perdere irrecupabiliter quod seruari debet interminabiliter. **D**eu consolabile perdere q; non solum est damnosum non bonorum: s; insuper est lucrosus tormentorum o virginitas iam non dilecta mea s; per dita meam iam non iucunda mea s; desperata mea quo deuenisti **I**nquā fetido: inquā amaro celo no me derelinquisti. **O** fornicatio scordidatis

Sancti Anselmi

no sordidatrix mentis mee per
dirix anie mee : vñ misero : sur
repsisti de q̄ nitido : de q̄ iu
cundo statu me precipitasti :
hic vis me o amare mero : q̄
illud est amissum : Hinc angis
me o grauis dolor : ⁊ timor : gra
uio : q̄ illud est admissum. Hic
est damnum inconsolabile. Hic
tormentum intollerabile : Ne
hinc : ⁊ ve illinc. Sed sic pari
ter bonum ⁊ malum : sic utiq̄
iam iuste punitis adhuc viven
tem miserum malum. Signe :
certe digne : Tu nanq̄ anima
mea perñda deo periura dei :
adultera christi libenter de vir
ginitatis sublimitate miserabili
ter es demissa in baratrum for
nicationis : Tu illa olim despon
sata regi celorum ardens fa
cta es scortum tororis tartaro
rum. Deu abiecta : a deo proie
cta diabolo : inmo abiciens de
um amplectens diabolum. Tu
enim tu miserrime mea mere
trix obstinata fornicatrix impu
dens tu prior amatori ⁊ creatori
tuo deo repudium obtulisti : et
ad insidiatorem ⁊ perditorem
tuum demonem te sponte con
tulisti. **O** miserrima ⁊ plusquã
miserrima commutatio : Deu
de q̄ sublimi cecidisti in q̄ p
fundum corruisti. **Ne** quã veni
gnum contempsisti q̄ maligno
te iuristi. **Quid** fecisti : o men
tis amētia : amēs spurcicia : spur
ca nequitia quid fecisti in celo ?
dereliquisti castum amatorem tu
um : ⁊ in infernum sequuta es
odiosum corruptorem tuum : ⁊
in baratro parasti non thala
rum : sed pokribulum tuum : hor
ror : mirabilis q̄ peruersa vo
luntas . **M**iraculum horribi
le q̄ volutaria pueritas : An
de mihi deus tante prauitatis
correptio : vnde tibi deus tanti
sceleris satisfactio. **P**recipitare
miser homuncio in tenebrosus
profundum immoderate mesti
tie : qui sponte precipitatus es in
baratrum horrende nequitie .
Obuere infelix mole terribi
lis doloris qui corruisti libens
in cenam infernalis setoris .
Obuoluerē erumose horri
dis tenebris inconsolabilis lu
ctus qui volens prouolutus es
in voraginem tam sordidi luxur
volutare in gurgite amaritudi
nis qui delectatus es in voluta
bro turpitudinis. **T**erro : horri

Meditationes

bilis dolor:terribilis meror: in-
consolabilis:aggerate vos sup
me: Irruite:obruite:perturbate
obuoluite:possidete:iustum est:
iustū ē:ipudēti audacia p̄temp̄si
vos: et putenti delectatione pro-
uocauit vos:imo decum nō vos:
et nunc miserabili penitencia de-
sidero vos. Torquetere uē. Utin
dicare deum. P̄sentiat forni-
cator: infernalis tormenta q̄ me
ruit: p̄gustet quod p̄parauit
assuescat q̄ est passurus. Exten-
de produci imoderate peccator:
luctuosam penitentiam: qui tam
longe produxisti tui sceleris im-
munditiam. Reuolueret: et reuol-
ueret: in eundem turbinem ama-
ritudinum: qui totiens reuolu-
tus es: in eandem voraginem li-
bidinum: Cōsolatio: securitas:
letitia: nolo vos: renuo vos nisi
peccati uenia reduxerit vos.
P̄ocul estote: p̄ocul estote: an-
mortem si forte indulgentia re-
uocet vos: mihi vel post mortē
fit continua penitencia: amara
comes etatis mee: sit acutus do-
lor: insanabilis: tortor: uite mee.
Sint meror: et acerbus luctus i
fatigabiles tribulatores iuuen-
tis et senectutis mee. Utināz vi-

nam ita sit: opto: oro: desidero:
ut ita sit. si enim non sum dign⁹
oculos ad celum leuando orare
certe non sum indignus eos vel
plorando tecare. Si confundit
mens mea orare pudore consci-
entie equum est ut confundatur
turbine luctuosi doloris et tristi-
tie. Sed si timet exhiberi ante cō-
spectum dei sui: iustus est: ut ha-
beat ante conspectum suum tor-
menta sceleris sui cogitet igitur
et recogitet cor: meus quid fecit
quid meruit. Descendat inquā
descendat ad terrā tenebrosā et
optā mortis caligine mens mea
et consideret que ibi expectent
scelerosam animam meam: iten-
dat et contempletur videat et cō-
turberetur. Quid est deus: quid
est q̄ animaduerto: in terra mi-
serie et tenebrarum: horror: hor-
ror. Quid est: quod intueor: ubi
nullus ordo: sed sempitern⁹ hor-
ror: inhabitans. Deu confessio
vlulantium: tumultus dentibus
stridentium: inordinata multitu-
do gemiturū: ve: ve: quod et qd̄
ve ve ignis sulphureus flāma
tartarea: caligiosa volumina q̄z
certifico rugitu video vos rota-
ri v̄mes in igne viuentes. Que

Sancti Anselmi

dira auiditas rodēdi sic vos ac
cendit quos ille ignis ignius nō
incendit : demones coardentes
fremētes ardore frēdentes fur
rore cur sic crudeles estis? His
q̄ volutatur iter vos. Q̄ cōmo
da tota iustitia moderata ad
sustinendū: sicine nullus mod⁹
nullum remedium: nullus finis
temperabit vos? heccie sūt ma
gne deus que parata sunt forni
catoribus: et contēptoribus tu
is: quorum ego vnus sum? Ego
ego vtiq; vnus horum sum: ani
ma mea expauesce: mens mea
defice cor meus scindere. Quo
me rapiq; exactores sceleris mei
Quo me tradis peccatum me
um? Quo me tradis deus me
us? Si feci vt essem reus tuus:
nunquid potui facere vt non es
sem creat⁹ tuus? Si mihi castita
tem meam ademi: nunquid tibi
misericordiam tuam peremi?
Domine domine si ego admisi
vnde me damnare potes. Tu
ne amisisti: vnde salutare soles?
Noli domine noli sic attendere
malum meū vt obliuiscaris bo
num tuum: Vbi verax est: o ve
rax deus? vbi est: viuo ego: no
lo mortem peccatoris: s̄ vt ma
gis conuertatur ⁊ viuat. Domi
ne qui non mentiris. Domine
quid est nolo mortem peccato
ris si tu sepelis in infernum ad
te clamantem peccatorem? An
detrudere peccatores in gehē
nā ē: nolo mortē peccatoris. An
hoc est volo vt conuertatur pec
cator: et viuat. Peccator sū ego
domine peccator sum ego. Si
ergo non vis peccatores mor
tem quis te cogitat q̄ non vis:
vt me tradas ad mortē? Si vis
vt conuertatur peccator ⁊ vi
uat. Quid te prohibz facere q̄
vis vt me conuertas ⁊ viuam:
An imanitas peccati mei cogit
te q̄ non vis ⁊ prohibet q̄ vis
cum sis oipotēs de⁹. Absit de⁹
meus. Absit domine meus vt
preualeat nequitia peccatoris
confitentis ⁊ dolentis sententie
omnipotentis. Absemento iuste
sancte ⁊ benigne deus memens
to: quia misericors es: ⁊ creator
⁊ recreator meus: Ne ergo me
mineris bone domine iustitie
tue aduersus peccatorem tuū:
sed memor esto benignitatis tue
erga creaturam tuam: Ne me
mineris ire aduersus reum: s̄
memor esto miserationis erga

Meditationes

miserum. Verum est quia conscientia mea meretur damnationem: et penitentia mea non sufficit ad satisfactionem: sed certus est quia misericordia tua superat omnem offensionem: parce ergo tu bone: cuius est salus: et qui non vis morte peccatoris: parce peccatrici anime mee: surgit enim exterita a terrae iustitia tua ad confortantem misericordiam tuam: ut quoniam premium virginittis corrupto: o dolo: irrecuperabile: saltem supplicium fornicationis penitenti non sit inevitabile: quia non est impossibile omnipotentie tue: nec indecens iustitie tue: nec insolitum misericordie tue: et quoniam bonus es: quoniam in eternis misericordia tua: qui es benedictus in secula: Amen.

Oratio deuotissima bti Anselmi archiepiscopi Cantuariensis ad gloriosam dei genitricem virginem Mariam et ad deum et dominum nostrum Iesum Christum unicum filium eius.

Sancta et iter sanctos post deum singulariter sancta maria mater admirabilis virginittis virgo amabilis secunditatis: que filium altissimi genuisti: que per doto humano generi saluatores peperisti. Domina presulgens tanta sanctitate supereminens tanta dignitate quam utique certus est non minori preclaras esse potentia et pietate: Tibi o genitrix vite: o mater salutis: o templum pietatis et misericordie: tibi sese conatur presentare: miserabilis anima mea moribus vitiorum laetida vulneribus facinorum scissa vulneribus flagitiorum putrida: tibi nititur quantum moribunda valet supplicare: ut potentibus tuis meritis: et pijs tuis precibus digneris eas sanare. Sic enim pia domina alienata est a se immanitate stuporis: ut vix sensum habeat enormis languoris. Sic sordibus et fetore: sed as: ut timeat ne ab ipsa misericors vultus inaueratur: si e tabescit despondendo respectus tuis peruersionem: ut et os obmutescat ad ora

Sancti Anselmi

tionem. Peccata mea nequitie mee si habetis animam meam vestro veneno peremptam vel cur sic facitis eam: vestra seditione horrendam ut miseratione non possit aspicere illam? Si obuium ei spes exauditionis vestra mole vel cur obstruistis illi vocem orationis vestri pudore: si mentem eius vestri fecistis amore clementem vel cur obstruistis illi vocem orationis vestri pudore? Si mentem eius vestri fecistis amore clementem: vel cur sensum eius vestro redditis torpore non sentientem? Deum pudor: sordentis imanitatis et presentia nitentis sanitatis. Deum confusio imunde conscientie in conspectu fulgentis munditie. O tu benedicta super mulieres que angelos vincis paritate: sanctos super ad pietate anhelat inuicibus duo spiritus meus ad te benignitatis respectus: sed erubescit ad tanti nitentis conspectum: roga re. n. te domina desidero ut miserationis tue respectu cures plagas et ulcera peccatorum meorum sed confundo: coram te obfeterem et sordes eorum. Horreo domina parere tibi in imunditibus

et horridibus meis sic tu horreas me pro eis: et non possis: veni mihi: videri sine eis. O perturbata: O confusa precandi conditio. En quippe vos peccata mea quomodo discernendo distrahitis: distrahendo corroditis: corrodo torquetis: precordia mea. Eadem enim peccata mea domina cognosci a te cupiunt propter curationem parere tibi fuggium: propter execrationem:

Non sanant sine confessione nec perduntur sine perfusione: si celantur sunt insanabilia: si videntur sunt detestabilia. Erunt me dolore terret me timore. Adole me obuium potere me premunt pudore me confundunt. O tu illa pie potes et poteter pia maria de qua fons est ortus mie. Ne optineas pro: tam vera misericordiam: ubi tam vera agnoscis miseria. Si enim ego confundo: in obscenitate iniquitatis mee ad fulgorem tue sanctitatis: tu ne domina erubescas erga miserum affectum infite pietatis: Si ego profiteor: nequitiam meam tu ne abnegaris benignitatem tuam. Si maior est miseria mea quam mihi expediat: eritne minor misericordia tua quam te deceat?

Meditationes

Quanto enim domina magis delicta mea in aspectu dei: et tuo sordent tanto magis ei⁹ curatio ne et tua subuentioe egēt. Sana ergo clemētissima infirmitatem et delebis que te offendit feditatem. Aufer benignissima lāgo⁹ rem et nō senties que hoies fetorē: fac piissima vt nō sit q⁹ dolet: et non erit q⁹ sinceritati tue sordet. Fac domina: exaudi me dñā. Sana aiam peccatoris serui tui per virtutē benedicti fructus v̄tris tui q⁹ sedet i dextera oipotētis patris sui suplaudabilis: et supgloriosissimi in secula.

¶ Sgo mūdo venerabilis mater humano generi amabilis femina: angelis mirabilis Abas⁹ ria sanctissima: cuius beata virginitate ois sacra⁹ integritas: cuius glorioso partu ois salua⁹ fecunditas. Dñā magna cui grās agit contio leta iustoz ad quā fugit territa turba reoz. Ad te p̄potens: et misericors domina ego peccator: et vtiq⁹ nimis peccator: antius pfugio vidēs enī me domina ante districti iudicis oipotentem iusticiā: et cōsiderans ire eius intollerabilem vehemētiā

ppēdo peccatoz meoz enormitatem et pdignā tormentoz imānitatem. Tanto igif dñā clemētissima horrore turbatus tanto pauore pterritus cui⁹ enixi⁹ implorabo interuentioē: q̄s cuius vterus mundi souit reconciliationem. Vñ securius velocez in necessitate subuentioē sperabo: quā vnde mundo processisse propiciationē scio: aut cui⁹ intercessio facilius reo veniam impetrabit quam que illum generalē et singulare iustum vltorem et misericordem indulto⁹ rem lactauit. Sicut namq⁹ beatissima impossibile ē: vt hec merita tibi tam singularia nobis: tam necessaria obliuiscaris. Sic mitissima incredibile est: vt supplicantibus miseris non miseraris. Bene quippe nouit mūdus: nec nos mundi peccatores vllatenus dissimulari patimur. Satis inquit: o domina satis nouimus quis filius hominis: vel cuius hominis filius venit saluum facere q⁹ perierat. Nunquid ergo tu domina mea mater spei mee nunquid obliuiscaris: tu odio mei q⁹ mundo tam

Sancti Anselmi

miseri corditer est non intima-
tum: tam feliciter diuulgatum:
tam amanter amplexatum. Il-
le bonus filius hominis venit
perditum sponte saluare: et ma-
ter dei poterit perditum clama-
tem non curare? Bonus ille fi-
lius hominis venit vocare pec-
cantem ad penitentiam: et ma-
ter dei contemnet peccantem in
penitentia? Ille inq̄ bonus de-
mitis homo: misericors filius
dei pius: filius hominis venit
querere peccatorem errantem:
et tu bona mater ei⁹ potens ma-
ter dei repelles miser⁹ oratē? Ec-
ce. n. o. v̄go: hō de quo natus est
de⁹: hō vt saluaret pctōr: hō ec-
ce corāz bono filio tuo et corā te
bona matre ei⁹ penitet et p̄fitef
gemit: et orat peccator: hō. *Obse-
cro vos bone dñe: et bona dña.
Obsecro vos pie fili: et pia ma-
ter. Obsecro vos per hāc ipāz
veritatem: et per hanc singularē
speem peccatorū: et vt sicut ve-
re: tu es filius eius: et tu mater
eius: vt saluetur peccator: sic: sic
absoluatur et curef hic peccator:
Probet in se: probet hic v̄ pec-
cator: q̄ vere estis. Sentiat i se:*

q̄ ppter salutē peccatorū estis:
tu filius: et tu mater: videt cer-
te amboꝝ peccator: cū enī pec-
caui in filium: irritati matrem:
nec offendi matrē sine iniuria fi-
lij. Quid ergo facies peccator?
Quo igitur fugies peccator: q̄
enim me reconciliauit filio ini-
mica matre? Quis mihi placā-
bit matrē irato filio? S; et si am-
bo pariter offensi estis: nōne et
ambo clemētes estis? Fugiat er-
go reus iusti dei ad piā matrem
misericordis dei. Refugiat de⁹
offense matris ad piū filiū beni-
gne matris: igerat se re⁹ vtrius⁹
q̄ iter vtrūq; iniuriat se: iter piū
filium et matrem piā. *Pie do-
mine parce seruo matris tue.
Pia domina parce seruo filij
tui. Bone filij placa matrē tuāz
seruo tuo. Bona mater recōci-
lia filiū tuū filio tuo: q̄ me iniurio
inter duas tam imensas pieta-
tes nō incidam tam potētes se-
ueritates. Bone fili. Bōa ma-
ter nō sis mihi frustra: q̄ confi-
teo: de vobis hāc veritatē: nec
erubescāz q̄ spero i vobis hāc
pietatem. Amo. n. veritatē: quā
confiteor: de vobis: et deprecor*

Meditationes

pietatem quæ spero in vobis. Sic mundi iudex cui pecces. Sic mundi reconciliatrix quæ reconciliabis si tu domine dānas: et tu domina auerte ris hominunculū bona vestra cū amore mala sua: cū merore confidentē? Saluator singularis: dic quæ saluabis. Saluis mater dic pro quo orabis: si te domine precipiē te: et te domina consentiente tormentā vexant peccatores; se execrantem vos obsecrantem: si infernus absorbet reum se accusantem vos deprecantem si tartara deuorant pauperem in se desperantem in vobis sperantem.

Deus qui factus est filius femine propter misericordiam. *Femina* que facta est mater dei propter misericordiam: aut miseremini miseros: tu parcendo: tu interueniendo: aut ostendite ad quos tu tius fugiam misericordiores aut monstrate in quibus certius confidentiam potentioribus. Si enim imo: quæ est tam magna mea iniquitas: et tam modica fides mea: tam tepida caritas mea: tam facta tua oratio mea: tam imperfecta satisfactio mea: ut nec mercedem delictorum ventam: nec salutis gratiam: hoc est ipsum quod suppli-

co: ut in quo merita mihi: videatis non sufficere in eo misericordie vestre dignentur non deficere. *Precor*: itaque: precor: exaudi te me: sed propter vos non propter me per pietatem qua exundatis per potestatem qua abundatis: ut eadem meritos dolores damnatorum: et intrem in gaudia beatorum te deus laudaturus qui es benedictus et super laudabilis in secula seculorum.

Maria tu illa maior beatarum mariarum: tu illa maxima feminarum: te domina magna et valde magna: te vult cor meum amare: te cupit os meum laudare te desiderat venerari mens mea: te exaffectat orare anima mea: quæ tuitioni tue se commendat tota substantia mea. Enitimini viscera anime mee enitimini: quantum potestis: si quid potestis omnia interiora mea: ut eius merita laudatis: et eius beatitudinem amatis: ut eius celsitudinem ammirari: ut eius benignitatem deprecemini cuius patrocinio quotidie indigens indigendo desideratis: desiderando imploretis: implorendo impetretis: et si non secundum desiderium vestrum

Sancti Anselmi

tamen supra vel certe contra me ritū vestrū. Regina angelorū: dñā mundi mī ei⁹: q̄ mūdāt mūdum: p̄fiteor q̄ cor meū nimis est imundū: vt merito erubescat in tā mundā itēdere: nec digne possit tāz digne itēdedo p̄gē. Te igit̄ mater illuatiōis cordis mei: te nutrix salutis mētis mee te obsecrāt quantū possunt cū p̄cordia mea exaudi dñā adesto p̄pitiā: adiūua potētissima: vt mūdēt sordes mētis mee: vt illuminēt tenebre mee vt accendat tepor̄ meū: vt expurgat̄ catur torpor̄ meū quatenus sicut b̄tā sanctitas sup̄ oīa post sūmum oīum filium tuū p̄ oīpotētem filium tuū ob gl̄osum filiū tuum a b̄ndicto filio tuo es exaltata sic super oīa post dñm et deum: vt: et oīum filium tuū: te cor meū itelligat et veneretur amet et deprecet̄ eo affectu non quo desidero ip̄fectus: s̄ quo d̄s a filio tuo factus et saluatus redēptus: et resuscitatus. O genitrix vite mee: alitrix reparatoris carnis mee: lactatrix saluatoris totius subst̄ntie mee. Sed qd̄ dicā: lingua mihi deficit: q̄ mens nō sufficit. Dñā dñā oīa

intima mea sollicita sunt vt tan torū beneficioz gr̄as exoluant: s̄ nec cogitare possūt dignas: et pudet p̄ferre nō dignas. Quid enim digne dicā matri creato ris et saluatoris mei: p̄ cuius sanctitatem peccā mea purgant: per cuius integritatē mihi incorruptibilitas donat: p̄ cuius virginitatem aīa mea adamat a domino suo: et despōsat dño suo? Quid inq̄z digne referā genitrici dei: et dñi mei: p̄ cuius secunditatez captiuus sum redēptus: p̄ cuius partū de morte eterna sum exēptus: p̄ cuius prole p̄ditus sum restitutus: et de exilio miserie in patriā b̄ntudinis reductus. Benedicta in mulieribus: hec oīa mihi dedit: b̄ndictus fructus vētris tui in regeneratiōe baptis matis sui: alia in spe: alia in re q̄q̄z hec omnia ego ipse mihi sic peccando abstulerim: vt nec rem habeā: et spem vix teneam: quid. n. Si mea culpa euānerit nunq̄d ingratus ero illi per quē mihi gratis tanta bona euenerunt? Absit: ne addam hanc iniquitatem sup̄ iniquitatem? Immo gr̄as ago: q̄ habui: doleo q̄ non habeo: oro vt habeas. Ler

Meditationes

tus enim sum : q; sicut per filij gratiam ea potui accipere : sic eadem per matris merita possum recipere. Ergo domina porta vite : ianua salutis : via reconciliacionis : aditus recuperacionis. **O**bscuro te per saluatricem fecunditatem : fac ut peccatorum meorum : mihi venia et bene viuendi gratia concedatur : et vsq; in fines hic seruus tuus sub tua protectioe custodiat. **S** aula vltis pietatis ca gratialis reconciliacionis vas et replu vite : et salutis vniuersorum : nimium homo merita tua cum in me hominulo vili singulariter recenseo beneficia tua que mundus amans gaudet gaudens clamat esse sua. Tu namq; domina admirabilis singulari virginitate : amabilis salutari fecunditate venerabilis : inestimabilis sanctitate : tu ostendisti mundo dominum suum : et deum suum : quem nesciebat : tu visibiles exhibuisti mundo creatorem suum quem prius non videbat : tu genuisti mundo restauratorem quo perditus indigebar : tu peperisti mundo reconciliatorem quem reus non habebat : per fecunditatem tuam domina mundus peccator : est iustificatus datus natus et saluatus exul reductus **P**artus tuus domina mundus captiuum redemit : egrum sanauit mortuum resuscitauit. **C**elus : **S**ydere : **T**erra : flumina : dies : nox : et quecumq; humane potestati vel vilitati sumi obnoxia in amissum decus sese gratulatur domina per te quodam modo resuscitata et noua quadam ineffabili gratia donata : **Q**uasi enim omnia mortua erant cum amissa congenita dignitate dominatui fauendi vel vsibus deum laudantium ad quod facta erant obrinebantur oppressione et decolorabatur ab usu idolis seruentium propter quos facta non erant. **Q**uasi vero eadem resuscitata letantur quum iam dominum confitentium : et dominu reguntur : et vsu decorant. **N**oua autem et inestimabili gratia quasi exultauerunt cum ipsum deum ipsum creatorem suum non solum inuisibiliter supra se illa regentes seferunt sed et visibiliter intra se eisdem vtedo sanctificantes viderunt hec tanta bona per benedictionem frui.

Sancti Anselmi

etum benedicti v̄tris b̄dicte
M^Arie puenerunt. Sed cur so-
lus loquor: d̄na b̄ficijs tuis ple-
nū esse mundū. Inferna pene-
trāt: celos supant: p̄ plenitudinē
